DISPUTATIO JURIDICA
DE
PROROGATIONE JURISDICTIONIS,
QVAM
DIVINA FAVENTE CLEMENTIA,
PRÆSIDENTE
VIRO MAGNIFICO, NOBILISSIMO,
AMPLISSIMO ET CONSULTISSIMO
DN. FRIDERICO DECKHERRO,
JC. diverſorum Statuum Imp. Conſiliario, Pandect.
in hac inclyta Argentinenſi Profeſſore Ordinario, & h. t.
Colleg. Jurid. Decano Spectabili, Dn. Præceptore, Patro-
no ac Hoſpite ſuo omni honoris & amoris cultu
jugiter ſuſpiciendo,

Publico ac ſolenni Eruditorum Examini
ſiſtit
JOHANN. LAURENTIUS à DIETHMERSEN
A. & R.

In Auditorio Majori, die Septembr.
horis locoq; conſuetis.

...TECA NAZ. ROMA

ARGENTORATI,
Literis GEORGII ANDREÆ DOLHOPFFII,
Anno M. DC. LXIII.

963.

In nomine Domini noſtri JESU CHRISTI ad omnia conſilia omneſque actus ſemper progredimur. *l. 2. C. de offic. Præf. præt. Afric.*

Præloquium.

JCtus Vlpian. in *l. 1. ff. de in integr. reſtit.* inquit: Rem aliquam non egere commendatione, ſi ſe ipſam ſatis oſtendat; id quod optimo juris titulo ad utiliſſimam, ſimul etiam difficillimam Jurisdictionis materiam accommodari poteſt. Quotidiè enim teſte experientiâ comperimus, quod nulla lis, nulla actio in judicio commodè inſtituatur, priuſquam Actor diligenter animadvertat, ubinam adverſarium debeat convenire, hoc eſt, ubi ſit forum cōpetens Reo: quod ſi ponderare neglexerit, fruſtra Reum accuſabit, qui eum illicò exceptione declinatoriâ fori ſubmovebit, ita ut expenſas interea factas refundere ac repræſentare cogatur. *l. 5. C. de Iuriſd. omn. Iudic. tot. tit. C. ſi à non compet. Iudic.* ſecus tamen eſt, ſi ex conſenſu litigantium mutuo Judex incompetens, qui alias judicio alicui præeſt, eligatur, & competens efficiatur. *l. 3. C. dict. tit. de juriſd. l. 1. ff. de judic.* hoccum fit, juriſdictio Judicis incompetentis prorogari dicitur. Quoniam autem integra Juriſdictionis materia pro inſtituti ac temporis ratione admodum eſt diffuſa, adeò ut brevibus arctiſque metis vix includi poſſit, hac vice alteram ſpeciem juriſdictionis non propriæ, videlicet Juriſdictionem prorogatam, non tam ſtrenuo in judiciis uſu, quàm maximâ eius utilitate permotus, pro ingenii modulo diſquiſitioni publicæ tradere conſtitui. Hiſce præmiſſis, abſque ullo verborum lenocinio ipſam tractationem aggredior, interea faxit DEUS, ut in ipſius honorem, mei verò utilitatem, opus hoc ſuſcipiatur, procedat ac terminetur.

Theſis I.

ANte omnia alicui rei operam daturum, noſſe oportet, unde nomen eius deſcendat. *l. 1. pr. ff. de juſt. & jur.* Juriſdictionem igitur à jure dicendo dictam oppidò liquet. *arg. l. 3. ff. de offic. eius, cui mand. eſt juriſd. l. 10. pr. ff. de offic. Proconſ. l. 10. & paſſim ff. de juriſd.* Bachov. *Rubr. de juriſd. in pr.* Verbum autem prorogare à pro & rogare, quod proprie denotat ultra rogare, in longius, quaſi longius cenſetur differendum. Inde rogare, quod eſt de lege ferenda interrogare. Matth. Martin. *in Lexic. Philolog. verb. prorogo.* Cum enim alicui imperium ad certum tempus delatum à populo extenderetur, prorogari dicebatur, hoc eſt, novâ rogatione ad populum inſtitutâ, qua interrogabatur verbis ſolennibus: *vellentne juberentve Quirites in longiora tempora proferri.* vid. Pautmeiſt. *lib. 1. de juriſdict. cap. 25. in pr.*

II. Apud Latinos ſoli tempori videtur applicari, & nihil aliud ſignificat, quam protrahere, prolongare, producere, proferre, extendere. Frantzk. *in Comm. π. tit. de juriſd. n.* 43. Sic dicimus prorogare tempus, diem, legem, ætatem, horam, imperium. Cicer. *Appio lib. 3. Epiſt. 10. Illud pugna & enitere, ne quid nobis temporis prorogetur.* Plaut. *in Amph. ſpes prorogatur militi in alium diem.* Cic. *in Verr. lib. 1. ſect.* 98. *Impetrat, ait, à ſenatu, ut dies ſibi prorogaretur.* Idem *pro Muren. prorogare legem.* i. e. *differre promulgandam legem.* Et Plin. *libr. 15. ætatem prorogare.* Horat. quoque 1. *Epiſt. 2. horam rectè vivendi prorogat.* Sic Liv. *lib. ab. V.C. 8. duo, inquit, ſingularia hæc ei viro primum contigere: prorogatio imperii, non ante in ullo facta, & acto honore triumphus.* Et Cic. *ad Qu. Fratr. lib. 1. quod ſi tibi bellum aliquod magnum & periculoſum adminiſtranti, prorogatum imperium viderem, tremerem animo, &c.* Omphal. *lib. 1. civil. Polit. cap. 105. num. 19.*

III. A tempore autem non incongruè ipſa prorogationis appellatio ad juriſdictionem tranſlata eſt. Sicut enim tempus, ſi ultra quantum eſt, extenditur vel diffunditur, prorogari dicitur: ita etiam juriſdictio Magiſtratus, cum extra ſuos limites, intra quos eſt coercita, extenditur, prorogari vocatur, & fit juriſdictio

antea

antea incompetens jam competens. Hotom. *in comm. verb. jur. in verb. prorogare.* Jacob. Curt. *lib. 2. conject. c. 33.* Matth. Steph. *lib. 1. de juriſd. cap. 21. num. 9. & 10.* & paſſim in eadem ſignificatione Jure Civili uſurpatur, *ut in l. 5. ff. de precar. l. 24. pr. ibi. ad prorogandum tempus. ff. locat. conduct. l. 19. pr. l. 30. §. 1. ff. de Legat. 1. l. 2. ff. de re judic. l. 25. §. 1. ff. de recept. qui arbitr. recep. l. 1. C. de his, qui in exil. dat juncta l. 113. ff. de V. O.* Interdum deſignat ante diem erogare ac repræſentare. *l. 53. ff. de pact. l. 19. §. 6. in fin. ff. locat. l. 27. C. dict. tit. l. 4. §. 1. ff. de manumiſſ. l. 3. §. 1. ff. de contr. tutel. act. vid. omninò l. 20. C. de decurionib.* Dionyſ. Gothofr. *ad dict. l. 19. ff. locat.* quæ interpretatio ll. diſplicet Franc. Conn. *5. Comm. 5. n. 5.*

IV. Et licet ipſa appellatio prorogatæ juriſdictionis non reperiatur expreſſis verbis in jure noſtro, tamen Canonicum jus ac ejus Interpp. hanc porrigunt ad juriſdictionis extenſionem & ampliationem. *c. P. & G. 40. X. de offic. & poteſt. Iudic. deleg.* Quapropter ſi juridicè prorogatam juriſdictionem inveſtigaverimus, deprehendemus, juriſdictionem incompetentem fieri partium conſenſu competentem. v. g. quando alicujus juriſdictio, quam quis jure Magiſtratus habet, aut ex mandato Magiſtratus alieno nomine exercet, extenditur & ampliatur. *l. 2. §. 2. ff. de judic.* Dn. Hahn *in Not. ad π. Weſenb. tit. de juriſd. n. 8.* hinc *d. l. 2. §. 2.* in ſpecie de juriſdictionis productione loqui opinantur. Accurſ. Bartol. Jaſon., Alexand. Socin. Felin. Bald. Decius, & quos plures allegat & ſequi videtur Paurmeiſt. *lib. 1. de juriſd. cap. 25. n. 1. in fin.* de qua infra dicendi locus erit.

V. Perſpectâ prorogationis Etymologiâ, Homonymia & Synonymiâ, greſſus venit dirigendus ad definitionem ſeu potius deſcriptionem: Prorogatio juriſdictionis eſt extenſio ejuſdem ad Perſonas, res ſive cauſas, in quas & de quibus jure alias non competit, conſenſu litigantium facta. *arg. d. c. 40. extr. de offic. deleg. l. 1. C. de juriſd. omn. Judic. l. 1. l. 2. pr. & §. 1. ff. de judic. l. 18. ff. de juriſd. l. 74. §. 1. ff. de judic. l. 28. ff. ad municip.*

VI. Definitionem jam proximè excipit ejuſdem diviſio. Ve-

972.

teres prorogationem juriſdictionis quatuor modis fieri ſtatuerunt; videl. de Perſona ad Perſonam, de re ad rem aliam, ſive de cauſa ad cauſam, de tempore ad tempus, de loco ad locum. Jaſon. *in l. 15. n. 1.* ibique Zaſ. *num. 5. ff. de juriſd.* Cyn. *in d. l. 1. C. de juriſd.* Vaſq. *lib. 2. controv. uſu frequ. cap. 1. num. 1.* Maranta *in ſpec. aur. part. 4. diſt. 12. num. 3.* Joan. Emeric. à Roſbach. *in proceſſ. judiciar. tit. 2. de juriſd. num. 37.* Weſenb. *ad l. 1. C. de Iuriſd. n. 2.* Gilhauſ. *in arbor. judic. cap. 1. part. 1. de juriſdict. §. 7. n. 67.* Alii & quidem Dd. vulgò triplicem faciunt prorogationem, nimirum de Perſonis ad Perſonas, de re ad rem & de tempore ad tempus. Azo. *ſumm. C. de juriſd. n. 8. & ſeqq.* Hoſtienſ. *ſumm. extr. de offic. & poteſt. Iudic. deleg.* Marta *tom. 1. ff. noviſſ. tit. prorogatio. cap. 7.*

VII. Operæ ergò pretium erit, ſingulos prorogandi modos paulò uberius examinare. I. De Perſona ad Perſonam prorogationem fieri conſtat, quando ſubditi juriſdictioni alterius ſubjecti, in Judicem alias incompetentem conſentiunt, eiuſque cognitioni ſe ſpontè ſubmittunt, *l. 15. l. 18. ff. de juriſd. l. 1. l. 3. C. eod. l. 1. l. 2. pr. ff. de judic. cap. 18. X. de for. compet.* Quod intellectum volunt de juriſdictione ordinaria, non de juriſdictione delegata, cum delegationes ſint particulares & ſtricti juris. *c. pen. ubi* gloſſ. *de offic. deleg.* Steph. *d. lib. 1. de Iuriſd. cap. 21. num. 21. & 22.* de quibus ſuo loco dicam.

VIII. II. De re ad rem, ſive de cauſa ad cauſam dicitur fieri prorogatio, ut puta ſi Judicis juriſdictio ad certam quantitatem reſtricta & limitata, v. g. ad cauſas centum ſolidorum & infra, vel alterius certæ ſummæ. *l. 11. pr. l. pen. §. ult. ff. de juriſd. Nov. 15. c. 3 in fin.* extenditur conſenſu partium ad majoris quantitatis ſummam, *per text. l. 74. §. 1. ff. de judic. & l. 28. ff. ad municip.* Atque ita fit extenſio de ſumma minori ad majorem, & ſic de re ad rem. Gl. Sichard. *ad l. 1. C. de juriſd. omn. Iudic. num. 10.* Marta *dict. tom. 1. ff. noviſſ. tit. prorogatio. cap. 2. & 7.* Vult. *1. Juriſprud. Rom. 14. ſub fin.* Braudl. *3. Epit. Iuriſpr. cap. 6. num. 19.* Zoeſ. *in Comm. π. tit. de juriſd. n. 39.*

IX. III. De tempore ad tempus fit prorogatio, veluti cum Judex habet limitatam juriſdictionem finiendam certo tempore, fortè per annum, ſed ſi partes conſentiant in id, ut liceat Judici etiam ultra illud tempus, ſive aliud tempus certum, cognoſcere &

judica-

judicare, & ſic extenditur juriſdictio de uno tempore ad aliud, *l. 2. §. 2. ff. de judic. c. 4. X. de offic. & poteſt. Iudic. deleg.* Maranta *d. ordin. judic. part. 4. diſt. 12. num. 3. verſ. exempl. de tertia.* Tholoſan. *in ſyntagm. Iur. univ. lib. 47. cap. 22. diſt. 20.* Vult. *in Comm. ad l. 1. C. de juriſd. omn. Iudic. num. 82.* Ubi tamen ignorandum non eſt, ut durante adhuc juriſdictionis tempore fiat prorogatio, nam extra illud tempus, quo circumſcripta eſt, cum omnis expiret juriſdictio, nec prorogatio juriſdictionis, quæ non eſt, fieri ullo modo poteſt. Obrecht. 4. *de juriſd. 14. num. 33. & 34.*

X. IV. Et ultimo fit prorogatio de loco ad locum; ubi duæ diverſæ Interpp. occurrunt opiniones; alii enim ita de loco ad locum juriſdictionem prorogari poſſe ſtatuunt, ut virtute huius prorogationis etiam extra territorium juris dicundi poteſtas acquiratur ei, cuius juriſdictio ſic prorogata eſt. v. g: quod vi huius prorogationis Judex Mutinenſis, quo exemplo vulgo utuntur, etiam Bononiæ cognoſcere & judicare poſſit. vid. Marant. *in ſpec. aur. part. 4. diſt. 12. n. 3.* Alii verò ità demùm prorogationem de loco ad locum fieri poſſe exiſtimant, ut ſi litigatores Magiſtratum ſive jus dicentem, alio quàm conſueto loco, qui tamen ſit intra territorii fines, ex mutuâ inter ſeſe conventione adeant, Coſtal. *in l. 2. ff. de judic.* & communit. alii Dd. *in d. l. ult. ff. de juriſd.* quibus ſuffragatur Abbas *in c. 7. de offic. Legat.* Zaſ. *in l. pen. ff. de juſt. & jur. num. 25.* Eberh. Speckh: *1. qu. Iur. 89. n. 5.* e. l. ſi convenerit inter partes litigantes juriſdictioni Tubingenſi ſubiectas, ut Judex Tubingenſis jus inter ipſas partes dicat, non Tubingæ, ſed Luſtnavii, prorogatur hoc modo juriſdictio de loco conſueto in locum inſuetum vel inſolitum; quod exemplum adducit Sichard. *in d. l. 1. n. 12. C. de juriſd.* Non autem valere, quando Judex Tubingenſis de cauſa litigatorum cognoſcere ac pronunciare velit extra territorium v. g. Reutlingæ aut Eslingæ, niſi interveniat conſenſus Judicis illius loci, qui eſt in territorio Reutlingenſi vel Eslingenſi, *l. 2. § 5. & 6. ff. de judic.* Bocer. *de juriſd. cap. 7. num. 46.*

XI. Sed ſi rem recto judicii oculo contemplemur, hæc de loco ad locum prorogatio veteribus incognita, & rationi juris minimè conſentanea eſſe videtur. Alienam eſſe à ratione juris Rom. primus oſtendere tentavit Br. *in l. 2. ff. de judic. in pr. num. 7.* Idem

poſt eum fecit & Bl. *in d. l. 2. num. 7.* & poſt hunc Salicet. *in l. 1. C. de juriſd. n. 5.* referente Arnold. Vinn. *lib. 1. Iur. quæſt. cap. 4.* Nec officit, quod actus juriſdictionis, puta manumiſſio, adoptio & emancipatio apud Magiſtratum etiam extra territorium exerceri poſſint. *l. 2. ff. de offic. Proconſ. l. 17. ff. de manum. vind.* ℞. actus quidem juriſdictionis voluntariæ extra territorium jus dicentis expediri poſſunt, non autem ex voluntate aut prorogatione privatorum extra fines ſuos juriſdictio & quidem contentioſa extendi poteſt. Moribus tamen Tranſiſulaniæ inductum, ut Judices unius territorii in alterius territorio ex conſenſu partium etiam contentioſam juriſdictionem exerceant, adeoque ad inſtantiam unius partis, quæ ſuis id ſumptibus poſtulet. Buſ. *ad l. 2. de offic. Proconſ. n. 3.* Nec multum ad rem facit *c. 11. §. in nullo. de reſcript. in ſexto.* Nam illic mentio fit delegati Pontificis, cui tanquam Principis delegato ubique locorum etiam extra civitatem ſeu diœceſin jus dicere non eſt inhibitum. Arnold. Vinn. *tr. de juriſd. cap. 10. n. 10.*

XII. Neque etiam Judicis juriſdictio ita prorogari poteſt, ut ubivis, licet in ipſius territorio ſit, jus illum dicere oporteat: ea enim quæ decretum requirunt, pro tribunali tantum & per cauſæ cognitionem expediuntur. *l. pen. in fin. ff. de juſt. & jur. l. 4. C. de dilat. & l. 9. §. 1. ff. de offic. Proconſ.* Dn. Hahn *ad Weſenbec. π. tit. de juriſd. n. 9. in fin.* Intelligitur ergò hîc vel locus territorii alieni, in quo Magiſtratus habetur pro privato, *per text. l. fin. ff. de offic. Præf. urb. & l. 3. ff. de offic. Præſid.* ita ut nec conſenſu Judicis iſtius loci poſſit juriſdictio ejus extra locum territorii prorogari, quod exquiſitè tradit Salicet. *in d. l. 1. C. de juriſd. n. 5.* vel locus proprii territorii, & ſic abſque ullâ prorogatione juriſdictionem Magiſtratum tum habuiſſe in propatulo eſt. Bachov. *ad Treutl. Vol. 1. Diſp. 4. th. 7. lit. E.*

XIII. Eâdem ratione prorogationem juriſdictionis generaliter de tempore ad tempus fieri poſſe exiſtimant, idque tam de ordinaria quàm delegata affirmat Gloſſ. *in l. 2. §. 2. & ibi*, Br. Bl. Paul. de Caſtr. Curt. Jun. *ff. de judic.* & alii plures. In delegata verò ſola locum habere poſt Bald. *in l. 7. C. de epiſc. aud. & in tit. de pace conſtant.* dicit Marant. *de ordin. judic. part. 4. diſt. 12. n. 3. ibi: quod procedit in Iudice delegato.* Socin. *in cap. 18. extr. de for. comp.* allegati à Paurmeiſt. *1. de juriſd. 25. num. 41.* Verùm ſi juridicè rem perpendere vo-

dere voluerimus, patebit, neque ordinariam neque delegatam juriſdictionem de tempore ad tempus prorogari poſſe. Etenim cujus juriſdictio, ut ſupra *in th.* 9. demonſtravi, tempore expiravit, ei partes poſt tempus illud elapſum, juriſdictionem prorogare haud queunt. *l.* 3. *C. de juriſd. l.* 7. *ff. de fer. & dilat. l.* 5. *ff. de precar. l.* 21. §. 5. *ff. de recept. qui arbitr. recep.* Barboſ. Locuplet. *in vocab. prorogatio. axiom.* 4. Et licet fiat intra tempus conſenſio, inutiliter tamen in tempus prohibitum confertur, ut pluribus hoc perſequitur Foller. *in addit. ad Marant. part.* 4. *diſt. judic.* 12. *num.* 6. Stephan. 1. *de juriſd.* 21. *n.* 25. *& ſeqq.* Sutholt. *Diſſert. de juriſd. aphor.* 374.

XIV. Proferunt quidem nonnulli ad ſententiæ ſuæ confirmationem modò adductam *l.* 2. §. 2. *ff. de judic.* verum ibi non juriſdictio annui Magiſtratus, ſed nuda notio Judicis pedanei ſive ſpecialis ad tempus dati, *l.* 15. *pr. ff. de re judic. l.* 1. *pr. & l. ult. ff. quis à quo appellet.* cui nulla eſt juriſdictio. *l.* 5. *pr. ff. de re judic. l. fin. C. ubi & ap. qu. cognit. in integr. reſtit. agit.* conſenſu partium & ipſius quoque Judicis prorogata affertur. Bl. *in l.* 7. *C. de epiſc. aud. n.* 8. Caſtrenſ. *in d. l.* 2. §. 2. *n.* 6. *ff. de juriſd.* Anton. Fab. *ad d. l.* 2. §. 2. *in rational.* Hillig. *ad Donell. lib.* 17. *cap.* 10. *lit. P.* Vinn. *lib.* 1. *Iur. quæſt. cap.* 4. *in fin.* Dn. Hahn *in Not. ad* *π. Weſenb. tit. de juriſd. num.* 9. *ſub fin.* Textus verò Juris Canon. *d. c.* 4. *X. de offic. & poteſt. Iudic. deleg.* loquitur de delegato Pontificis, quem juriſdictionem habere expeditum eſt, puta in eo caſu, quo partes coram delegato litem agere cœperunt, & ſic ante finitum tempus communi litigantium conſenſu juriſdictionem prorogari poſſe, ſatis evidenter ex ipſis cap. verbis apparet.

XV. Eſt & illud hîc monendum, quod omnis prorogatio juſto loco & tempore fieri debeat, & locus quidem territorium eſt, extra quod jus dicenti impunè non paretur. *l. ult. ff. de juriſd. Clement. un. de for. comp. cap.* 5. *de offic. ordin. in ſexto.* Et Judex ordinarius extra locum territorii ſui privatus eſt. *d. l. fin. ff. de offic. Præf. urb. & l.* 3. *ff. de offic. Præſid.* Paurmeiſt. 1. *de juriſd.* 25. *n.* 32. *verſ. huc etiam poſtremo.* Quocirca cum ultra territorium vel diſtrictum ſuum juriſdictionem habere non videatur, non poterit etiam juriſdictio eius ad aliud territorium porrigi, *d. l.* 3 *C. de juriſd.* Non entis enim nullæ ſunt qualitates, & quod non eſt, extendi non poteſt.

arg.

arg.d.l.5. cum l. præced. ff. de precar. ut declarat Gail. *lib.1. de pac. publ. cap.* 12. *num.* 12. Modeſtin. Piſtor. *conſ.* 64. *num.* 60. Barboſ. Locuplet. *in voc. prorogatio. axiom.* 2. Obrecht. 4. *de Iuriſd.* 12. *n.* 24.

XVI. Superſunt igitur duæ priores prorogationis ſpecies, quarum altera de Perſona ad Perſonam, altera de re ad rem ſive de cauſa ad cauſam appellatur. Et licet inter rem & cauſam aliqualis differentia interſit *per* §. 33. *I. de action.* tamen hoc in loco aliter ſeſe res habet. Etenim *modo d.* §. non de re vel negotio ad Judicis juriſdictionem pertinente, uti hoc loco accipitur & generaliter ſic uſurpatur *in L.* 1. *ff. de O. & A.* ſed de modo ac formâ obligationis agit, prout hoc videre eſt ex *L.* 44. *ff. d. t. l.* 85. *ff. de V. O.* Baro *ad d.* §. 33. *I. de actionib.* Paurmeiſt. 1. *de juriſd.* 25. *num.* 26. *verſ. quantum ad cauſas &c.* De hac ſupra diximus, quod Judicis jurisdictio ad certam ſummam reſtricta, conſenſu litigantium etiam de re majori extendi poſſit, *per d. l.* 74. §. 1. *ff. de judic. & l.* 28. *ff. ad municip.*

XVII. Huic ſententiæ non repugnat, quod Quintil. *lib.* 3. *c.* 6. habet: fideicommiſſorum juriſdictionem ita partitam fuiſſe, ut Prætor fideicommiſſarius uſque ad certam ſummam de his cognoſceret, de maiore ſummâ Conſules jus dicerent: quod & confirmat Vlp. *in fragm. tit.* 25. §. 10. ℞. quicquid ſit, tamen hîc ex conſenſu partium Prætoris juriſdictionem prorogari, & de ſummâ etiam prætoria cognitione maiore Prætorem adiri poſſe ſatis liquet. Vinn. *tract. de juriſd. cap.* 11. *n.* 3. Interim tamen prorogatio hæc debet fieri in rebus, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, non diverſi generis. Br. *in L.* 28. *ff. ad municip.* Panorm. *in c. P. & G.* 40. *X. de offic. & poteſt. Iudic. deleg.* Paurmeiſt. 1. *de juriſd.* 25. *num.* 37. & vix evenit, prorogationis de cauſa ad cauſam exempla reperiri alia, quam ubi ad maiorem quantitatem fit prorogatio. Sutholt. Diſſert. *de juriſd. aphor.* 376.

XIIX. Reſtat nunc prima prorogationis ſpecies de Perſona ad Perſonam, quam regularem ac frequentiſſimam eſſe, apud omnes in confeſſo eſt. Vant. *tract. de nullit. proceſſ. & ſentent. tit. ult. num.* 78. Ludolph. Schrader *tr. feud. part.* 10. *ſect.* 3. *num.* 132. e. l. ſi pagani litigatores in Judicis militaris juriſdictionem. *l. pen. C. de juriſd.* aut Eccleſiaſticæ Perſonæ in juriſdictionem Politici Magiſtratus conſentiant eumque adeant. *l. pen. C. de pact.*

quod

quod de jure Canon.prohibentur. *c.12.& c. 18. X. de for. compet.* Bocer.*de juriſd. cap.7. num.*41. Opperman *diſſert. de juriſd. th.* 160. Duplicem itaque agnoſcimus prorogationem, de Perſona ad Perſonam,& de re ad rem, ſive de cauſa ad cauſam,& in hoc omnes omninò,nullo Neotericorum,ut putamus,diſſentiente concordant:utraque fit conventione & conſenſu litigatorum.*l.14.& ſeqq.ff.de juriſd. l.1.C.eod.* Donell.17. *Comm.*10. ibique Hilliger. *lit. A a.* Bachov. *Rubr. de juriſd. prorog. num.5.& 6.* Vinn. *tr. de juriſd. cap. 11. in pr.* Wiſſenbach. *Exercit. ad π. 6. th. 37.*

XIX. Ut ergò prorogatione Judex,qui incompetens eſt,aliàs tamen judicandi poteſtatem habens, efficiatur competens, requiritur litigatorum conſenſus, qui eſt cauſa efficiens prorogationis. Hic vel eſt expreſſus,*l.1.l.2.in pr.& §.1.l.74.§.1.ff.de judic. l.15. l. 18.ff. de juriſd. l. 13.§.pen.ff.ad SC.Trebell. & l.28.ff. ad municipal.* vel tacitus. *l.1. C. d. t. de juriſd.* Br. Angel.& Dd. *in l. 2. de judic.* Pariſ.*conſ.* 12.*n.*4. *vol.*4. Joan.Maria & Jacob.de Riminald.*conſ.373.n.27.*à Paurmeiſt. 1.*de Iuriſd.25.n.*4.adducti. Tholoſan.*in Syntagm. Iur. univ. lib. 47. cap. 22.diſt.*20. Mattaro*m.1.ff. noviß. tit. Iuriſd. cap.* 32. Speckh.*cent. 1. qu. Iur.89.n.7.* Hœnon. *Diſp. 1. th. 2. lit. f.* Expreſſus conſenſus eſt, v. g. quando partes litigantes ſpontaneo motu Judici incompetenti, aut quem ob privilegium repudiare poterant,ſe ſubiiciunt. Omnis tamen conventio ad eam rem haud eſt idonea, ſed ſolum veſtita per ſubſecutam judicis aditionem. Dn. Tabor *Diſp.2.ad Weſenbec. quæſt. 17. in med.* Nuda & ſimplex conventio, ut in cæteris rebus,ſic nec huc reo nocet,quò minùs antequam Judex adeatur,liceat ei, re adhic integrâ, h. e. judicio nondum ſuſcepto, voluntatem mutare, nec quiſquam eiuſmodi conventioni ſtare compellitur.*l. 18.ff.de juriſd.* Eguinar.Baro *ad d.l.18.ff.de juriſd.* Anton. Govean. *eod.* Weſenb. *ad l.1.C.de juriſd.n.fin.* Schneid.*ad §.11.I.de action.n.55.* Paurmeiſt. 1.*de juriſd.25.n.15.& ſeqq.* C.I.A. *de juriſd.th.* 40. Schnobel.*Diſp.ad π. 2. th.11.*Wiſſenbach *Exercit.ad π.6.th.42.*Brunneman.*ad l.1.C.de juriſd. ſub fin.* Idem dicendum de conventione veſtita per adſiſtentiam legis,puta ſtipulatione; niſi quod hoc caſu in id, quod adverſarii intereſt, loco convento potius,quam quo deinde reus litem agi vult, inſtitui vel finiri,adverſus illum pœnitentem actio naſcatur. Vult. *ad l.1.n. 148. C. de juriſd.* Sutholt.*d. Diſſ.n.*377.

XX. Valdè autem obſtat *l. pen. C. de pact.* ubi & nudâ conventione, etiamſi Judex aditus non fuerit, juriſdictio prorogari videtur. Coraſ. *lib.* 4. *Miſc. cap.* 5. Alii reſp. diſtinguendo inter pactum nudum, & legem contractus: à pacto nudo licet recedere *d. l.* 18. *ff. de juriſd.* cum hoc obligationem & actionem producat nullam. *l.* 7. §. 4. *ff. de pact. l.* 10. *C. dict. tit.* quod verò ineſt contractui incontinenti adiecto, h. e. veſtito, ut quis coram non ſuo Judice litigare teneatur, neceſſariò ſervandum eſt. *d. l. pen. C. de pact.* quia pacta contractibus adiecta, obligationem & actionem pariunt, *l.* 13. *C. de pact.* Br. *in d. l.* 18. *n.* 1. Salicet. *poſt Gloſſ. in d. l. pen. C. de pact. n.* 3. Jul. Pac. *cent.* 1. *ἐναντιοφ. qu.* 60. Hoen. *Diſp.* 1. *th.* 2. *lit. f.* Bronch. 1. *aſſert.* 41. *in fin.* Alii cenſent, pactum nudum hodiè ſufficere, & per *d. l. pen.* jus Pandect. *d. l.* 18. emendari, inter quos eſt Duaren. *ad tit. ff. de juriſd. cap.* 6. *n.* 7. Verum minus rectè, cum in iſta *l. pen.* non ſit tantum nuda conventio, ſed & agatur intereſſe alterius, qui aliter non contraxiſſet, niſi præſcriptioni fori alter renunciaſſet, qui proinde pœnitere haud poteſt. Zoeſ. *in Comm. π. tit. de juriſd. n.* 31. tum etiam, cum nullum verbum *in l. pen.* reperiatur, unde colligi poſſit ea correctio. Quod igitur novâ lege ſpecialiter expreſſum non videtur, id veterum legum conſtitutionumq; regulis relictum intelligitur. *l.* 32. §. *ult. C. de appellat. & c.* 1. *verſ. ult. tit. de conſtit. in* 6. vid. pleniſſimè hâc de re diſſerentem Hillig. *ad Donell. lib.* 17. *c.* 10. *lit. E.* Fachin. 1. *contror. cap.* 61.

XXI. Nos eorum potius ſubſcribimus ſententiæ, qui dicunt, in *l. pen. C. de pact.* non agi de prorogatione Judicis incompetentis, ſed de remittendo privilegio adverſus forum Judicis competentis, & quidem agi non de quovis pacto & cum quibusvis facto, ſed de illo pacto, quod cum Perſonis privilegiatis celebratum eſt. v. c. Militum competens Judex eſt, quoad jus commune, Judex domicilii vel originis; at ratione privilegii, caſtrenſium quidem Magiſter militum; palatinorum vero Præfectus Prætorio, vel Magiſter Officiorum. Dn. Strauch. *diſſert.* 1. *ad* 50. *deciſ. cap.* 2. *num.* 26. Sic etiam ſtudioſi, ratione juris communis, competens Judex eſt Epiſcopus & Præſes loci: at rat. privilegii, eſt Rector Univerſitatis. Huic privilegio ſi miles vel ſtudioſus renunciet, ad privilegium iſtud amplius redire ipſi non permittitur. Vult. *in d. l.* 1. *n.* 149. *& ſeqq. C. de juriſd.* Obrecht. 4. *de juriſd.* 11. *n.*

26. *&*

26.& 27. adde Frantzk. *in Comm. π. de juriſd. n.* 47. Rumelin. *ad A. B. part. 2. diſſ. 1. th. 12.* ubi Dn. Myler. *lit. a.* At in *d. l. 18. ff. de juriſd.* agitur de conventione, quæ pertinet ad obligandum reum, ut coram extraneo compareat Judice: proniora autem jura ad liberandum, quam ad obligandum aliquem, *arg. l. 47. ff. de O. & A.* Bocer. *de juriſd. n. 38. circa fin.*

XXII. Præter nudum itaque pactum opus eſt, ut Judex, in quem partes conſenſerunt, ſit aditus; nam ubi ad hoc aliquid acceſſerit, jam amplius nudum non eſt. *d. l. 18. ff. de juriſd. l. 1. & 2. ff. de judic.* Cujac. *in expl. d. l. 18. tr. 7. ad Afric.* Sed etſi juſta & legitima conventio, qualis jure Civili eſt ſtipulatio, aut aliud pactum veſtirum intervenerit, nondum tamen prorogata eſt juriſdictio, verùm requiritur ulterius aliqua Judicis aditio; quæ demum ita firmat prorogationem factam, ut amplius pœnitere haut quaquam liceat, *arg. d. l. 18. ff. de juriſd.* cujus rei rationem exponunt Frantzk. & Tabor *loc. cit.* aſt ab hac conventione ſtipulatione firmatâ, partes neutiquam ſtare coguntur, quamvis, uti *th. 19.* dictum, pœnitens teneatur adverſario ſuo ex ea ſtipulatione ad intereſſe, uti cum Dd. *d. th. 19.* tenent Jaſon. *in d. l. 18. num. 24. & ibid.* Zaſ. *n. 12. ff. de juriſd.* C. I. A. *de juriſd. th.* 40. Dn. Strauch. *diſſert. 20. aphor. 5.* Cum enim iſthæc facti ſtipulatio ſit, parit obligationem in id, quod intereſt *per §. fin. I. de V. O. §. 18. I. de inutilib. ſtipulat. l. 68. ff. dict. tit. de V. O. l. 13. in fin ff. de re judic.* Gœdd. *d. contrah. & commit. ſtipul. cap. 9. n. 30.* Berlich. *part. 1. concl. 5. n. 25.*

XXIII. Cæterum hodiè differentiam pactorum & ſtipulationum ſublatam eſſe, ita ut ex quavis cõventione ſeriò ac deliberatò initâ actio naſcatur, non tantum jure Pontificio *c. 1. & 3. ubi Caniſtæ X. de pact.* ſed etiam in quocunq; foro civili, teſtes ſunt Bl. & Salicet. *in l. 27. C. d. tit.* Paurmeiſt. *1. de juriſd. 25. n. 5.* Vinn. *tr. de juriſd. cap. 11. n. 5. circ. fin.* Sanè ex jure Pontificio, ſi conventio de prorogandа juriſdictione facta juramento confirmatur, omninò eſt ſervanda, Gutirrez *de juram. confirm. p. 1. c. 28. n. 9.* Covarr. *ad c. 2. de pact. lib. 6. in 1. part. §. 4. n. 7.* Seraphin. *privil. 74. n. 165.* Alex. *in d. l. 18. n. 2.* idq; à Dd. communiter receptum. Schrader. *de feud. part. 10. ſect. 1. n. 58.* Diſſ. Anton. de Butrio, Abbas, Decius & Panormit. *in c. 1. de judic.* quos ſequitur Sutholt *de juriſd. aphor.* 378. Bachov. ad *τὰ πρῶτα,*

Rubr. de Iuriſd. prorog. n. 11. eo uſi argumento, quod juramentum ſequatur naturam principalis obligationis. *l. fin. ff. qui ſatiſd. cog. l. ult. C. de non numer. pecun.* ℞. quod ſpectat ad vim obligandi jurantem, non inſpicitur natura principalis obligationis. Nam etſi illa non oriatur, & contractus non obliget, & improbetur jure Civili, (notum enim eſt, jure Civ. hanc vim juramenti incognitam eſſe) juramentum tamen ſuam producit obligationem. *c. cum contingat.* 28. *X. de jurejur.* Fachin. *d. l. 1. controv. cap.* 61. *in fin.* Vult. *ad l. 1. C. de juriſd. n.* 150. Schneid. *ad* §. 11. *I. de action. n.* 55.

XXIV. Tacito conſenſu prorogatur jurisdictio re ipsâ & facto ipſo litigantium. *arg. l. 1. C. de juriſd.* v. c. quando Reus ad Judicem incompetentem vocatus, ultrò citroque comparet, & neglectâ fori præſcriptione, (ſc. revocando ad Judicem, quem ex privilegio habet) actionem ſuſcepit, atque litem conteſtatus eſt, quâ conteſtatâ amplius exceptionem incompetentiæ ſeu fori declinatoriam opponere nequit. *l. 52. pr. ff. de judic. l. 4. C. de juriſd. l. ult. C. de except. & l. 2. C. ſentent. reſcind. non poſſ.* Felin. *in cap.* 20. *n.* 4. *& ſeq. extr. de ſentent. & re judic.* tradens, eum, qui omittit exceptionem declinatoriam, in Judicem conſenſiſſe videri, neque eum poſtea recuſare poſſe. Eguinar. Baro *ad l.* 18. *ff. de juriſd. in fin.* Bachov. *ad Treutl. Vol. 1. Diſp. 3. th. ult. lit. H.* Bocer. *in Claſſ. 5. Diſp. 10. th.* 74. Frantzk. 1. *Reſol.* 17. *n.* 95. Zœſ. *in Comm. π. tit. de juriſd. n.* 30. Dn. Hahn *in Not. ad π. Weſenbec. tit. de juriſd. n. 8. & ult.* Dn. Carpzov. *art. 1. tit. 2. de proceſſ. jur. n.* 18. Hoc enim facto de conſenſu litigatorum & aditione Judicis indubitato conſtat: quod autem de eo caſu ſaltem intelligimus, quo Reus non ignoret illum Judicem, cujus juriſdictio ab eo prorogatur, eſſe incongruum & incompetentem; ſi id ignoret, non obſtante comparitione & factâ litis conteſtatione, in ejus juriſdictionem tacitè conſenſiſſe dici nequit. *l. 2. pr. ff. de judic.* Bocer. *d. c. 7. de juriſd. n.* 36. Oppern. *diſſert. de juriſd. th.* 161.

XXV. Cæterum ante litis conteſtationem ſi Reus quid dixerit aut fecerit, v. g. ſi petierit edi ſibi actionem & libellum, non videtur in Judicem conſenſiſſe *arg. l. 33. ff. de judic.* Sin autem reus coram Judice incompetente compareat, & omiſſâ exceptione incompetentiæ ſeu fori declinatoria, aliam exceptionem dilatoriam opponat, eo ipſo in Judicem extraneum conſenſiſſe, ac juriſdictionem ejus

nem eius tacitè prorogaſſe non pauci adſtruere conantur. Br. *in d. l. 18. ff. de juriſd. n.* 2. Marant. *in ſpec. aur. part.* 4. *diſt.* 12. *n.* 12. Zanger. *tr. de except. part.* 2. *c. 1. n.* 3. *& ſeqq.* Mynſing. *cent.* 4. *obſerv.* 27. Berlich. *part.* 1. *concl.* 5. *num.* 28. Gail. 1. *obſ.* 33. *n.* 11. ac propterea ſuadent, ut reus comparens, ſi eiuſmodi exceptionem adducere velit, utatur clauſula ſive proteſtatione de non prorogando juriſdictionem, vel in juriſdictionem eius conſentiendo, niſi quatenus & in quantum de jure teneatur. Paul. de Caſtr. *in l.* 3. *ff. de judic.* Steph. 1. *de juriſd.* 25. *n.* 53. Berlich. *jam dict. loc. n.* 30. Sed minus rectè, tum propter litis conteſtationem, quæ neceſſariò hîc requiritur, tum etiam juris Civil. diſcrepantiam, quod non ineleganter declarat Bachov. *Rub. de juriſd. proreg. n.* 13. Idem *ad Tr. Vol.* 1. *Diſp.* 12. *th.* 10. *lit. C. & D.* Paurm. 1. *de juriſd.* 25. *n.* 18. *verſ. ſed falſum eſt &c.* C. I. A. *de juriſd. th.* 40. utut fortè in praxi attendatur. Vinn. *d. tr. de juriſd. c.* 11. *num.* 8.

XXVI. Ex prædictis liquet, conciliari prorogationem utroque conſenſu, tacito & expreſſo, adeoque non valere prorogationem, niſi litigatores conſentiant & adeant Judicem incompetentem. Et quidem ſolus litigantium conſenſus ſufficit: Judicis autem incompetentis in prorogando conſenſus neceſſarius omninò non eſt, cum lex Julia Judiciaria privatorum, h. e. litigatorum duntaxat meminerit, non etiam Judicis *l.* 2. *§.* 1. *ff. d. tit. de judic.* Manz. *cent. deciſ. qu.* 97. *n.* 14. Neceſſe tamen eſt, ne hic Judex à litigantibus aditus, diſſentiat vel contradicat: quia Judex invitus juriſdictionem ſibi prorogari, cogi non poteſt. Cyn. *in l.* 7. *n.* 11. *C. de epiſc. aud.* Et quamvis Gloſſ. *in l.* 2. *§.* 2. *ff. de judic & in c. B. & G.* 15. *X. de for. comp.* conſenſum quoque Judicis deſiderare videatur, id de tacito, non de expreſſo eſt accipiendum, cum alias gloſſ. teſte Panorm. ſubſiſtere nequeat. Aſt ſi expreſsè non contradicat, tacitè conſentire putatur, cum, Salyceto dicente, taciturnitas Judicis hîc pro conſenſu habeatur, *ad. d. l.* 1. *C. de juriſd.* jung. Sichard. *in d. l.* 1. *n.* 5. *C. d. t. & in conſil. de contractib. conſ.* 2. *n.* 22. *& ſeqq.*

XXVII. Neque etiam Judicis ordinarii ſive competentis conſenſus, quò minus litigatores alterius juriſdictionem prorogent, exigitur, utpote cui nihil adimitur. *d. l.* 2. *§.* 1. *ff. de judic.* Vult. *ad. d. l.* 1. *C. de juriſd. n.* 66. Dn. Hahn. *in Not. ad* π. *Weſenb. de juriſd. n.* 8. Vinn. *tr. de juriſd. c.* 10. *n.* 4. Cæterum oportet ſecundum conven-

tionem partium conſenſum permanere: nam ab ipſa recedere licitum eſt, non tantum ante aditum Judicem, *l. 18. ff. de juriſd.* verum & poſtea, ex utriuſque tamen conſenſu, *l. 1. §. 10. in fin. ff. de oper. nov. nunciat.* non etiam alterius tantum, ne authoritas Magiſtratus eluſoria hâc levitate contemnatur, cum ipſi Judici contumelia hæc fiat, ut eum ſpernerent & ad alium irent. *l. 11. pr. ff. de recept. qui arbitr. recep.* Hillig. *ad Donell. lib. 17. cap. 10. lit.* G. Stephan. 1. *de juriſd.* 25. *n.* 43. Frantz. *in Comm. π. tit. de juriſd. n.* 47. *in fin.* Et hæc de juriſdictione prorogata conventionali ſive ſpontanea, ceu eam vocare amant Marant. *in ſpec. aur. part.* 4. *diſt.* 6. *n.* 30. Bachov. *ad Weſenb. n.* 8. *de juriſd. prorog.* & Dn. Struv. *Syntagm. Iuriſpr. vol.* 1. *Exercit.* 4. *th.* 58. dicta ſunto.

XXVIII. Supereſt prorogatio, quam citati modò Interpp. vocant neceſſariam ſive legalem, quæ fit contra invitum ex authoritate legis, ut accidit in Reconventione, quâ Actorem apud aliàs incompetentem Judicem reconvenire licet Reo, modò cauſæ diſſimiles non ſint, quæ diverſum proceſſum exigant. Introducta autem hæc eſt, non ſolùm propter publicam utilitatem, ut lites tantò citius finiantur, & ſumptibus modus fiat. *Nov.* 96. *cap.* 2. ſed etiam quod æquum ſit, ut cuius in agendo actor obſervavit arbitrium, eum quoque contra ſe in eodem negotio Judicem habere non dedignetur. *l.* 14. *in fin. C. de ſent. & interloc. omn. Iudic. junct. Auth. Et conſequenter. C. dict. tit. l.* 11. *§.* 1. *ff. de juriſd. l.* 2. *§.* 5. *verſ. ſed & ſi agant. & l.* 22. *ff. de judic. Nov.* 123. *cap.* 25. *tot. tit. X. de mutuis petit. c. ult. X. de ordin. cognit.* Add. Ordin. Camer. *p.* 3. *t.* 30. Conſt. Elect. Aug. Sax. *p.* 1. *conſt.* 7 Bachov. *ad Treutl. Vol.* 1. *Diſp.* 12. *th.* 9. *lit. D. & Diſp.* 25. *th.* 13. *in pr.* Obrecht *lib.* 3. *de juriſd. cap.* 16. Matth. Steph. 1. *de juriſd.* 21. *circ. fin. & cap.* 25. *n. pen. & ult.* Idem *in part.* 2. *diſp.* 5. *concl.* 7. *& ſeqq.* Frantzk. *in Comm. π. tit. de juriſd. num.* 49. Giſſebert. *tr. de reconvent. c.* 1. *num.* 18. Anton. Perez. *in prælect. ad C. dict. tit. de ſentent. & interloc. num.* 18. Opperm. *diſſert. de juriſd. th.* 161. Schnobel. *Diſp. ad π.* 2. *th.* 11. Carol. von Hagen *in Inſtit. Iuriſpr. publ. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 10. *ſub fin.* Diſſ. Dn. Hahn. qui confirmat, omnem prorogatam juriſdictionem venire ex conſenſu privatorum lege confirmato, & per conſequens omnem eſſe conventionalem, nullam legalem, *in Not. ad Weſenbec. tit. de juriſd. num.* 8.

XXIX. Conſequens nunc eſt, ut diſpiciamus, quinam incompetentis Judicis juriſdictionem prorogare poſſint? Et ergò quilibet habens liberam rerum ſuarum adminiſtrationem & legitimam in judicio ſtandi Perſonam, in Judicem incongruum conſentire, eiuſque juriſdictionem extendere poteſt. Bachov. *ad Tr. Vol. 1. Diſp. 3. th. 7. lit. E. ſub fin.* Stephan. *lib. 1. de juriſd. cap. 22. per tot.* Operm. *d. diſſert. de juriſd. th. 161.* Vinn. *tr. de juriſd. cap. 11. num.* 10. Quales non ſunt pupilli ſine authoritate Tutorum, nec minores 25. annis, prodigi, morbo ſontico laborantes, &c. abſque ſuis Curatoribus. *l. 4. C. de author. præſt. l. 1. l. 2. C. qui legit. Perſon. ſtand. in judic. hab. §. 2. & 4. I. de Curat. l. 3. C. de in integr. reſtit.* neque etiam furioſi & ſervi, *l. 5. ff. de R. I. l. 13. ff ſi quis caution. in judic. ſiſtend. cauſ. fact. l. 6. & 7. C. de judic.* Paurm. *1. de juriſd. 25. n. 3.* Gilhauſ. *in arbor. judic. cap. 1. part. 1. de juriſd. §. 7. n. 73.*

XXX. Hîc ſcrupulus incidit, an ergò prorogatio à pupillo, minore 25. annis, vel prodigo, ſine Tutore aut Curatore inſtituta, ſit ipſo jure nulla, potiſſimum hoc in caſu, quo horum conditio fit melior, non deterior? Br. & Bl. *in l. 1. C. de juriſd. n. 6.* Felin *in c. P. & G. 40. X. de offic. & poteſt. Iudic. deleg. n. 10. arg. l. 14. C. de procurat.* negant: ſed perperam, prout contendit Vult. *in d. l. 1. n. 113. C. de juriſd.* cui aſtipulatur Bocer. *d. cap. 7. de juriſd. n. 7.* quomodo enim ipſi prorogarent, cum nec rebus ſuis supereſſe, nec in judicio per ſe verſari poſſint. *tot. tit. C. qui legit. Perſ. ſtand.* Obrecht. *4. de juriſd. 11. n. 14. & 15.* Tutorem verò & Curatorem, cum Domini loco habeantur, & actorem litis quoque conſtituere poſſint, ſeſe in cauſa pupilli & minoris ſubiicere incompetenti Judici poſſe, extra dubitationem eſt *l. 27. ff. de adminiſtr. & peric. Tutor. l. 157. pr. ff. de R. I. l. 56. § 4. ff. de furt. l. 7. §. 3. ff. pro emptor. l. 11. C. de procurat. & §. ult. I. de Curator.* Berlich. *part. 1. concl. 5. n. 3.* Non tamen Procuratorem, niſi habeat ſpeciale mandatum, *arg. c. 4. §. ult. tit. de Procurat. in 6. & l. un. C. etiam per Procurat. cauſ. in integr. reſtitut. agi poſ.* Innocent. *in c. 4. X. de offic. deleg.* Paul. de Caſtr. *in ſua repetit. l. 1 de judic.* quos allegat Guido Pap. *deciſ. 462. n. 2* Mattatom. *1. ff. noviſ. tit. prorogatio. cap. 2.* Vel ſi mandatum ſit generale, habeat illud annexam clauſulam cum libera: vel ſi Domini ſcientes à Procuratoribus ſuis juriſdictionis prorogationem fieri patiantur, nec contradicant, tum quoque prorogatio

tio factæ

tio facta ſubſiſtit.*per.text.d.c.4.& 5. de procurat.in 6.l.* 10. C. *de procurat.l.60.§.4.ff.mand.l.58.ff.de Procurat.l.9.§.4.ff.de A.R.D.l.25.§.1.ff. de minorib.* Felin. *in c.32.& d.c.P.& G.* 40.*n.* 11. *X. de offic. deleg.* Joan. Sichard. *int.conſil.contract.conſ.2.n.24.& ſeqq.* Marian. Socin.*in c.18. de for. compet. num.* 20.

XXXI. Illud quoque hîc controverſia non caret, an & Clerici juriſdictionem Judicis Laici prorogare & in eum conſentire poſſint? Jure Canon. expreſsè cautum eſt, quod juriſdictionem extranei Judicis prorogare queant, ſi Judex ille ſit Eccleſiaſticus, & Epiſcopi diœceſani voluntas accedat. *c.*18. *X. de for. compet.* Hoſtienſ. *in ſummar.aur.X.de offic.deleg.§.quib.mod.ej.juriſd.n.*10. Berlich. *part.* 1. *concl.5.n.6.* Paul. Chriſtin. *Vol.* 2. *deciſ.* 160. *num.* 4. Manz. *cent. deciſ. quæſt.97.n.pen.* Non autem Clerici conſentiente Epiſcopo Laicorum iuriſdictioni ſe mancipare queunt, cum hoc fori privilegium non ſit perſonale, cui renunciari valeat, ſed potius toti ordini Eccleſiaſtico publicè indultum, cui privatorum pactio derogare non poteſt, adeò ut nec juramentum contra ſtatuta Canonica appoſitum ſervari debeat. *c.*12. *X. d. t. de for. compet. ibiq. Gloſſ. & Dd. comm.* Marta *tom.1.ff.noviſſ.tit.prorogatio.c.1.& 6.* Anton. de Matthæis *in tr.de prorogat.n.*8. Paurmeiſt. 1. *de juriſd.* 25. *n.* 33. *cum. ſeqq.* Farin. *in practic.crim.l.1.q.8.n.10.* Gail. 1. *obſerv.*40.*n.* 7. Dn. Richter *in Expoſ. Auth.Habita.C.ne filius pro Patre.p.159.* Anton. Perez. *in prælect. ad C. tit.de Iuriſd.n.16.*

XXXII. Verum hæc ratio non tantum juri Civili repugnat, quo ſpecialiter & nominatim conſtitutum, ut etiam quis prærogativæ ſacerdotii renunciare poſſit. *d.l.pen. C.de pact. & l.* 51. *C. de Epiſc.& Cler.l.17.§.1.C.eod.Nov.* 123. *c.* 21. *& ſeqq.* Vinn. *d.tr. de juriſd. c.10.n.2.& c.11.num.11.* imò & juri divino. *Rom.13.verſ.1.Tit.3. verſ.* 1. 1.*Petr.2,13. Sap. 6,4.* quia Clerici Magiſtratui politico ſunt ſubiecti. Wiſſenbach.*Exercit.ad π.6.th.38.* ſed etiam veritati contraria; nam dum Clericus Laici juriſdictionem prorogat, non ipſi juri publico & Judici competenti, ſed tantum ipſorum litigatorum juri privato derogat, ut ex Cujac. recenſet Vult.*d.l.1.n.125. C. de juriſd.* & Bocer. *d.cap.7.d. juriſd. n.10.& ſeqq.* Non enim novam dat juriſdictionem, quam non habet, ſed eam ſaltem, quæ prius fuit Judicis in alios, in ſe quoque exercendam tantum admittit, & ſic jus ſuum remittit,

dum eum

dum eam juriſdictionem, quam defugere poterat, patitur in ſe exercere, quod unuſquiſque facere poteſt, cum quilibet favori ſuo renunciare & juriſdictionem protogare poſſit, *d. l. pen. C. de pact.* Sanè cōtrahendo & delinquendo tam Clerici quàm Laici juriſdictionem alterius prorogant, puta, ſi in alterius foro deliquerint, aut peccârint. *cap. 17. X. de for. compet. c. 1. de privileg. in 6.* Marant. *in ſpec. aur. part. 4. diſt: 12. n. 24.* Bocer. *in Claß. 5. Diſp. 10. th. 73.* Quicquid autem ſit, cum ita receptâ conſuetudine inductum, licet à ratione quodammodò deviet, in foro Pontificio omninò ſervandum erit. *arg. l. 12. §. 1. in fin. ff. qui & à quib. manum. liber. non fiunt.* Magnific. Dn. Ludvvel. *in prælect. publ. ad l. 1. C. de juriſd. omn. Iudic.*

XXXIII. Hîc dubium exoritur, ſitne indultum ſtudioſo, qui tres ſuo arbitrio competentes habet Judices, quorum unum eligere poteſt, Rectorem ſcil. Epiſcopum & Præſidem vel Magiſtratum publicum eius loci. *Auth. Habita. C. ne filius pro Patre.* huic privilegio fori, ſeu hiſce Judicibus renunciare & alterius cuiuſdam incongrui Judicis juriſdictionem prorogare? Non deſunt qui affirmativam propugnare conantur, his moti rationibus: quia cuilibet juri pro ſe introducto renunciare licet. *d. l. pen. C. de pact. l. 41. verſ. quia unicuiq. ff. de minorib.* & ſtudioſus non debet deterioris conditionis eſſe, quam quiſquam alius, neque in ipſius odium retorqueri poteſt, quod ob gratiam eſt conceſſum. *c. 61. de R. I. in 6.* Bronchorſt. 1. *aſſert.* 24. Speckh *cent. 1. quæſt. 57. n. 19. & 20.* Steph. 1. *de juriſd. 22. n. pen.* Sutholt. *Diſſert. de juriſd. aphor. 376.* Aſt hæ rationes meritò reprobantur à Dn. Richter *in Expoſ. d. Auth. Habita C. ne fil. pro Patr. pag. (mihi)* 158. In Univerſitate Leidenſi ſtudioſus non poteſt prorogare juriſdictionem Magiſtratus urbani, propterea, quod juriſdictioni Rectoris & Aſſeſſorum privativè ſubiicitur. *Artic. 39. Statut. Academ. Leidenſ.* Vinn. *tr. de juriſd. c. 11. n. pen.* In pleriſque Academiis, in Germania ſitis, etiam hic mos obſervatur, dum ſtudioſo amplius haud eſt integrum, urbanæ ſive ſeculari juriſdictioni inſcio Rectore ſuo ſe ſubmittere; at ſi hoc illo irrequiſito fecerit, Rector Academiæ ipſi inhibere & cauſam ab alio Magiſtratu avocare poteſt. Vult. *ad d. l. 1. C. de juriſd. n. 128. & 168. in fin.* Nobiliſs. Dn Lauterbach. *Exercit. 5. concl. forenſ. th. 6. lit. a.*

XXXIV. Nec hæc quæſtio ſilentii ſipparo involvenda;

annon conceſſum liti gatoribus, relicto inferiori Judice primæ inſtantiæ, prorogare juriſdictionem Judicis ſecundæ, ſive appellationis, & coram illo primâ uti inſtantiâ? Ratio dubitandi eſt, quod appellationes gradatim, non per ſaltum, ad immediatè ſuperiores fieri debeant. *l. 29. verſ. eâ condit. C. de appell. l. 21. pr. ff. eod. Nov. 17. c. 3. & Nov. 23. c. 3. & 4. c. 66. X. de appell.* conſequenter in arbitrio litigatorum non ſit, hunc juris ordinem per prorogationem Judicis incompetentis pervertere. *arg. l. 27. ff. de R. I.* Mart. *tom. 1. ff. noviſſ. tit. prorogatio. c.* 11. 12. Marant. *in ſpec. aur. part. 4. diſt. 12. n. 22.* Paurmeiſt. *1. de juriſd. 25. n. 31.* Carol. von Hagen *in Inſtit. Iuriſpr. publ. lib. 3. cap. 6. n. 10. circ. fin.* Sed affirmativa probabilior videtur; nam ſæpè in una eademque cauſa alius Judex eſt in prima, alius in ſecunda inſtantia, & hi duo Judices non concurrunt, ſed ſecundum diverſas inſtantias diſtinguuntur, ſibique invicem ſunt ſubordinati. Jam ſi is, qui tales ſubalternatos habet Judices, paciſcitur, ut primæ inſtantiæ Judice neglecto, ſtatim coram ſecundæ inſtantiæ Judice conveniri poſſit, meritò hæc renunciatio exceptionis declinatoriæ fori locum habet, *per d. l. pen. C. de pact. & l. 51. C. de Epiſc. & Cleric.* tum etiam malè argumentum ducitur à jure appellationis ad prorogationis jus, quod innuit Bocer. *d. c. 7. de juriſd. n. 15.*

XXXV. Non eſt hoc loco ignorandum, quibus in cauſis juriſdictionis prorogatio ſecularis fieri debeat. Prorogatio hæc generaliter debet inſtitui in his, quæ ſunt eiuſdem naturæ, qualitatis & conditionis, h. e quæ ſub eâdem juriſdictionis ſpecie comprehenduntur: veluti cauſæ civiles, ſub civili; cauſæ criminales, ſub criminali juriſdictione, Socin. *in c. 18. n. 29. de for. com.* Vaſq. *l. b. 2. controv. uſu frequ. c. 14. n. 34.* Obrecht. 4. *de juriſd. 14. n. 10.* Carol. von Hagen *in Inſtit. Iuriſpr. publ. d. lib. 3. cap. 6. n. 10.* modò is, cuius juriſdictio prorogatur, habeat ſimilitudinem poteſtatis, i. e. juriſdictionem in illis cauſis civilibus vel criminalibus. *arg. l. 1. ff. de judic. & l. 5. C. de juriſd.* Gl. Br. & Dd. *in l. 28. ff. ad municip.* Canoniſt. *in c. 12. X. de for. comp.* Paul. de Caſtr. *in l. 1. C. de juriſd. n. 6.* Speckh. *cent. 1. quæſt. 80. n. 8.* Berlich. *part. 1. concl. 5. num. 22.* Perez. *in præl. ad C. tit. de juriſd. n. 17.* Dn. Richter. *in expoſ. Auth. Habita. C. ne fil. pro Patre. p. 157.*

XXXVI. Unde prorogatio juriſdictionis in cauſis civilibus, ſi generalis ſit juriſdictio quæ prorogatur, indiſtinctè fieri poteſt, *per*

teſt, *per text. expreſſos d.l.1. C. de juriſd.l.18.ff. eod. & l.1.ff. de judic.* talem
juriſdictionem Prætor urbanus in omnibus cauſis civilibus inter
cives Roman. exercuit, quod probatur *ex l.2.§.27 ff. de orig. jur.* qua-
lem etiam in Provinciis Proconſules & Præſides Provinciarum ha-
buerunt, *per l.7.§.ult.ff. de offic. Proconſ. l.4.ff. de offic. Præſid.* Si autem
juriſdictio civilis (quod aliàs difficilè videtur) ſit ſpecialis, & ad
certas tantum cauſas adſtricta, veluti ad cauſas fideicommiſſarias.
§.1. I. de fideicomm. hered. d.l.2.§.32.ff. de O.I. vel pupillares. *§.3. I. de
Attil. Tut.* utrùm ad alias cauſas prorogari poſſit, controverti-
tur? Ajentes utuntur *arg.l.15. & 18.ff. de juriſd. l.2 pr.ff. d. judic. & l.1.
C. de juriſd.* qui textus uti generales ſunt, ita etiam generaliter ac-
cipiendi, nec facilè ad certam ſpeciem reſtringendi. Caſtrenſ. *ad l.
18. num.2. C. de teſtam.* Cujac. *tr.7. ad Afric. in pr.* Donell. 17. *Comm. jur.
Civil. cap.10.*

XXXVII. Verùm enim verò contraria ſententia longè ve-
rior eſt, nimirum quod ordinaria juriſdictio reſp. certi generis cau-
ſarum tributa, conſenſu litigatorum haud poſſit prorogari ad cau-
ſas ſpecie diverſas & diſſimiles. *c.7.§. deniq. X. de appell.* Cyn. *in l.1. circ.
fin. C. de juriſd.* Jaſon. *in l.15.ff. d.t.n.4.* ibique Zaſ. *n.7.* Felin. *in c.5. X. de
judic. & Dd. comm.* quoniam juriſdictio Commiſſarii aut Magiſtratus
cauſis aliis exequendis non ſufficiens conſenſu partium ad eas pro-
rogari non poteſt. *l.3. C. de juriſd.* ſed in eum, qui alias ex lege (quo-
ad illum caſum, ſuper quo juriſdictio proroganda venit) juriſdictio-
nem habet, privati conſentire, eique ſe ſubiicere poſſunt. Weſenb.
in π.ff. de juriſd. n.9. Neque nobis diſtinctio Vult. arridet *in l.1. C. de
juriſd. n.107.* an Perſonæ prorogantes eidem Judici ſint ſubiectæ nec
ne? quam inter alios etiam approbat Obrecht. 4. *de juriſd. 14. n. 20.
cum ſeqq.* Hillig. *ad Donell. d.l.17. cap.10. lit. B.* Sed vereor, ut hæc opi-
nio juri noſtro conveniat; quippe ſola Perſonarum deliberatio nul-
lum habet effectum, ac propterea ſi alias prorogatio cauſæ ad cau-
ſam valida ſit, eam, quod Perſonæ litigantes juriſdictioni illius Ma-
giſtratus non ſunt ſubiectæ, impedire haud poſſit. Bachov. *ad Treutl.
Vol.1. Diſp.3. th.7. lit. E.*

XXXIIX. Neque movent *dict. l.15. & 18.ff. de juriſd. d.l.2.pr.
ff. de judic.* quoniam iſtæ ll. licet generales ſint, tamen ex ſententia
& ratione plurimorum Interpp. ad diverſi generis & formæ cauſas

 produci

pro luci nullo modo poſſunt; tum etiam ſi rem penſiculatius æſtimemus, jam *allatæ ll.* accipiendæ videntur de juriſdictione indefinita, ac præ primis de Prætore, ubi non fideicommiſſarius pro tutelari, & vice verſa, tutelaris pro fideicommiſſario, ceu putat Gothofr. *ad ſæpius citat. l. 2. pr. ff. de judic. lit. I.* ſed pro peregrino urbanus, vel contra pro urbano, peregrinus Prætor aditus fuerit. Vinn. *d. tr. de juriſd. cap. 11. n. 2.* Cum enim uterque ſuper iiſdem ferè cauſis juriſdictionem habuerit, nulla videtur ratio, cur eadem quoque licitè prorogari non potuerit. *arg. l. 2. §. 27. & 28. ff. de orig. jur.* Magnific. Dn. Ludvvel. *in prælect. publ. ad l. 1. C. de juriſd. omn. Iudic. ſub fin.* Neque noſtram mentem infringit. *d. l. 1. C. de juriſd.* ea enim loquitur de Procuratore Cæſaris, quod ſcil. ille ſolummodò de cauſis pecuniariis inter privatos & fiſcum controverſis Judex ſit competens, *l. 2. C. ſi adverſ. fiſc. l. 9. pr. ff. de offic. Proconſ. & l. 8. §. 19. ff. de transact.* vel potius, quia ſpecialiter extenſio juriſdictionis Procuratoris Cæſaris à cauſis fiſcalibus ad lites privatorum ſit recepta, ad cauſas alias extendi non debet. Minus ad rem faciunt verba jam *d. l. 1. C. de juriſd.* ſequentia: *quod & in aliis ſimilibus Iudicibus* &c. hæc enim de juriſdictione eorum Judicum, qui certis Perſonis & cauſis conjunctim præpoſiti ſunt, interpretanda, quales olim fuere Procuratores Cæſaris. Pautmeiſt. *1. de juriſd. 25. n. 40.* vid. tamen Obrecht. *4. de juriſd. 9. num. ult.*

XXXIX. Civilis hæc jurisdictio diſpeſcitur in voluntariam & contentioſam. Voluntariam privati quidem prorogare non prohibentur, ſed Magiſtratibus, qui æqualem, vel majorem jurisdictionem habent, id indultum non eſt, *l. 14. pr. ff. de manumiſſ. l. 18. §. 1. ff. de manum. vind.* Nec quicquam his derogat, quod in jurisdictione contentioſa Magiſtratus major poſſit ſe ſubjicere jurisdictioni minoris, aut æqualis, *l. 14. ff. de jurisd. l. 13. §. 4. ff. ad SC. Trebell. l. 4. ff. de recept. qui arbitr. recep.* Diverſitatis ratio eſt, quòd actus contentioſæ jurisdictionis per alium exercere licet, non autem voluntariæ jurisdictionis negotium, *l. 25. §. 1. ff. de adopt.* Unde Magiſtratus citra ullam dignitatis imminutionem per procuratorem litigare poteſt, *tot. tit. ff. & C. de procur.* adoptare autem, arrogare, emancipare, manumittere & alios voluntariæ jurisdictionis actus non poteſt quis abſens aut per alium expedire, *d. l. 25. §. 1. ff. de adopt. l. 3. ff. de manum. vind.*

vind.l.123.ff. de R. I. quod ſi ipſe Magiſtratus coram Magiſtratu minore vel pari comparere neceſſe habeat, ſine officii & authoritatis diminutione fieri non poſſe conſtat *per d.l. 14. pr. ff. de manumiſſ. & d.l. 18. §.1.ff. de manum. vind.* Anton. Govean. *in d.l.14. ff. de jurisdict.* Scip. Gentil. *de jurisd. & imper. lib.1. cap.18. in fin.* Vult. *in l. 1. n. 76. & 77. C. de jurisd.* Ludov. Gilhauſ. *in arbor. judic. cap. 1. part.1. de jurisd. §.7. n.69.* Sutholt. *diſſert. de jurisd. aphor.*380. Wiſſenbach. *exercit. ad ff.6. th.36.* Inſuper etiam facultas legitimandi, quæ eſt jurisdictionis voluntariæ, à Comite Palatino, qui eam ab Imperatore impetravit, prorogari non poteſt. Anton. Quetta *conſ.70.n.17.* imò & reſervata Principi ſunt improrogabilia. Decius *conſ.557. n.12.* Chaſſanæus *conſ. 31. n.20. cum ſeqq.* Forſter. *tr. de ſucceſſ. lib.6. cap.34. n.8.* relati à Matth. Steph. *1. de jurisd. 24. n. 12. & ſeqq.*

XL. Contentioſa civilis jurisdictio alia eſt ordinaria, alia mandata, *l.1.pr. & §.1. l.3. ff. de offic. ei, cui mand. eſt jurisd. l. 5. l. 6. l. 16. & l. ſeq. ff. de jurisd.* Qualis autem jurisdictio requiratur ad hoc, ut prorogari poſſit, ordinariane tantum ſive propria, an etiam mandata ſive delegata, diſcrepantes reperiuntur opiniones. Illam regulariter prorogari poſſe indubitati juris eſt: quia ob hanc præcipuè jurisdictionis prorogatio eſt introducta, *l. 1. C. de jurisd. l.4. C. ubi cauſa fiſc. l. 1. l.74. §.1. ff. de judic. l.28. ff. ad municip.* Berlich. *part. 1. concl.5. n.10. & 11.* Schrader. *de feud. part. 10. ſect.3. n.96.* ubi textus & Dd. in hanc aſſertionem recenſet. De hac variæ ac multiplices ſunt ſententiæ: quidam diſtinguunt inter delegationem à Principe aut Pontifice factam; & eam, quæ inſtituta eſt ab alio Magiſtratu: priorem procedere, *per l.5. C. de judic.* poſteriorem verò non ſine hæſitatione à Gloſſ. *in l.1. verb. pro tribunali. ff. de judic.* interpretari. Bocer. *de jurisd. cap.7. n.18.* Hæc porrò *in d. l. 1. verb. judicibus. C. de jurisd.* etiam delegatam jurisdictionem prorogari poſſe confirmat, quod ibid. Cynus jure civili admittit, non jure canonico: mox tamen ſubjicit, neutro jure prorogationem mandatæ jurisdictionis fieri poſſe, quem ſequuntur Br. *in d.l.1. ff. de judic. n.5.* Azo *in l.7. n. 7. C. de jurisd.* Marta *tom.1. ff. noviſſ. tit. prorogatio cap.8.* Angel. *in d.l.1. de judic.* Abb. *in c.1. de offic. judic. deleg.* Felin. *in c. 40. extr. d.t. n. 5. & 6.* Maranta *in ſpec. aur. part.4. diſt.12. n.20.* Paul. de Caſtr. *in d. l. 1. C. de jurisd. n.3.* Salicet. *ibid. n.11.* Speckh. *cent.1. qu. jur. 89. n. 9.*

990.

Scip. Gentil. *lib. 2. cap. 13. de juriſdict. & imper.* quam concluſionem receptiorem dicit Vult. *ad d. l. 1. C. de juriſd. n.* 81. vid. Ludov. Gilhauſ. *in arbor. judic. cap. 1. part. 1. de juriſd.* §. 7. *n.* 71.

XLI. Quidam diſtinctum volunt, univerſa jurisdictio, an certa ſpecies ſit mandata, *l. 16. cum l. ſeq. ff. de juriſd.* ut illo caſu prorogari poſſit, hoc non item, Gl. *in d. l. 1. verb. pro tribunali. ff. de judic.* Bl. *in d. l. 1. ff. eod. in addit. ſub fin.* Weſenb. *ad l. 1. C. de juriſd. num.* 2. Alii aliter. Quidam denique omnem jurisdictionem delegatam jure civili prorogabilem eſſe autumant, Zaſ. *in d. l. 15. ff. de juriſd. n. 15.* Duar. *cap. 2. de juriſd.* Donell. 17. *comm. jur. civil.* 10. Paurmeiſt. 1. *de juriſd. 25. n. 23.* 27. & 43. Hunn. *tr. de juriſd. part. 2. qu.* 8. quorum ſententiæ de jure Juſtinianeo tanquam veriori & nos album calculum adjicimus, propter textum generalem, *d. l. 1. ff. de judic.* ubi dicitur, quod cujusvis judicis jurisdictio conſenſu litigatorum prorogari poſſit. Unde eluceſcit, etiam mandatarii ſive mandatam jurisdictionem poſſe prorogari, cum mandata jurisdictio reverà ſit jurisdictio, *l. 5. ff. de juriſd. L. 1. §. 1. l. ult. §. 1. ff. de offic. ejus, cui mand. eſt juriſd.* Accedit & hoc, quod generalis locutio omnes ſpecies comprehendat, *l. 9. §. 1. ff. quod met. cauſ. l. 1. §. 1. ff. de legat. præſtand.*

XLII. Inſuper *in d. l. 1. ff. de judic.* non tantum ejus judicis, qui tribunali præeſt, ſed etiam, qui ſine tribunali aliam jurisdictionem habet, mentio fit, ubi Ulpian. JCtus per aliam jurisdictionem, non minorem, quia ſpecies ſolâ quantitate non differunt, ſed delegatam, ac certis finibus circumſcriptam intellexiſſe videtur. Treutl. *vol. 1. diſp. 3. th. 7. lit. E.* Bocer. *de juriſd. cap. 7. n. 20. verſ. Deinde idem &c.* Wiſſenbach. *exercit. ad ff. 16. th. 6.* vid. tamen Sutholt. *differt. de juriſd. aph.* 380. Etenim lex non præcisè requirit in judice, cujus jurisdictio ſit extendenda, ut tribunali præſit, ſed & qualemcunque habeat jurisdictionem, h. e. plenam cognoſcendi & exequendi poteſtatem, Accurſ. *in l. 1. de juriſd.* & quamvis mandatam habens jurisdictionem, proprii nihil habeat, *d. l. 1. §. 1. l. 3. ff. de off. ejus, cui mand. eſt juriſd. l. 5. l. 16. ff. de juriſd.* ſed utatur jurisdictione mandatoris, & vice ejus fungatur, *d. l. 16 ff. de juriſd.* non tamen exinde ſequitur: Ergò nullam omninò habet jurisdictionem; ſed potius: E. propriam non habet, relicta eidem mandata: tum etiam quicquid juris habet mandans, id omne mandatâ jurisdictione tranſeat, *d. l. 1. §. 1. & l.*

pen.

pen. ff. de offic. eius, cui mand. eſt jurisd. inter cætera autem jura mandantis & hoc ſit, quod jurisdictio ejus à litigatoribus poſſit prorogari, *d. l. 1. ff. de judic. & l. 1. C. de jurisd.* Ergò & hujus, ut rectè ſentit Donell. *dict. lib. 17. c. 10.* Obrecht. 4. *de jurisd. 12. n. 19.*

XLIII. Neque etiam diſtinctio inter mandatam jurisdictionis univerſitatem & certam ſpeciem vel particulam ejusdem hîc locum habere poteſt, propter *l. 1. C. de jurisd.* ex qua colligitur, jurisdictionem certæ ſpeciei & in certas perſonas competentem prorogari poſſe: nec eſt, quod quis excipiat, eâ lege de ordinario, cui ſc. ordinaria competiit jurisdictio, agi; poſito enim illo, nullam tamen diverſitatis rationem hoc in caſu, reſpectu mandatarii, dari poſſe demonſtrat Hunn. *d. tr. de jurisd. part. 2. qu.* 8. ubi contraria impugnat. Adde Opperm. *differt. de jurisdict. theſ.* 158.

XLIV. Neque officit, quod limitata cauſa limitatum producat effectum, *l. 16. ff. de acquir. rer. domin.* adeoque limitata jurisdictio ad certas perſonas, ad alias reſcripto delegationis non comprehenſas, privatorum conſenſu extendi nequeat, Br. *ad l. 1. ff. de judic. n. 6.* Salicet. & Sichard. *in d. l. 1. C. de jurisd. n.* 14. Marta *tom. 1. ff. noviſſ. tit. jurisdictio. cap. 29. & 30.* Reſp. ad hoc argumentum Donell. *dict. cap.* 10. primò retorquendo, quod & propria ſive ordinaria jurisdictio interdum ad certas perſonas limitata ſit, & tamen prorogatio locum habere poſſit, *d. l. 1. C. de jurisd.* Deinde quod limitata & circumſcripta ſit jurisdictio adverſus invitos litigantes, non conſentientes: nam ſi conſentiant, juri ſibi competenti renunciare poſſunt. *leg. pen. C. de pact.* Alii hanc regulam huc non quadrare opinantur, cum jurisdictio non ſit cauſa prorogationis, ſed ejus tantùm quoddam ſubjectum, circa quod ipſa verſatur prorogatio: & prorogata jam jurisdictio, quoad ipſum prorogatum, ſit effectus prorogationis, Bocer. *d. cap. 7. de jurisd. n.* 20. Neque etiam refragatur, quod ajunt, delegatum regulariter ſubdelegare non poſſe, Treutl. *vol. 1. diſp. 12. th. 3. lit. E.* Obrecht. 4. *de jurisd. 2. n. 14. & ſeqq.* Frantzk. *in comm. ff. tit. de jurisd. num.* 38. quoniam ex eo non rectè collegeris, nec jurisdictionem ejus prorogari poſſe. Sunt enim hæc planè diverſa, eum, cui mandata eſt jurisdictio, alteri eandem mandare, & ei ipſi jurisdictionem conſenſu partium prorogari. Enucl. Don. *lib. 17. comm. cap. 10. & ibid. alleg. lit. P.*

XLV. Non-

XLV. Nonnulli ſunt, qui contendunt, jurisdictionem delegatam prorogari poſſe, *per text. l.2. §.2. ff. de judic.* Sichard. *in l.1.C. de jurisdict.n.9.* Vult. *ibid.n.82.* unicum hunc caſum jure civili dari permittit: ſed falsò, cum JCtus ibi loquatur de judice pedaneo, qui notionem vel ſimplicem cognitionem tantùm habet, citra exequendi poteſtatem, favore tamen litigantium juſſus eſt intra certum tempus ſententiam ferre, id quod opinionis errore ad delegatum ſuum malè tranſtulit Pontifex, *d.c.4.extr. de offic.deleg.* ut oſtendimus hoc *in th.14.* Hoſtienſ. *in ſumm.extr.jam dict.tit.n.10.* Steph. *1.de jurisd.24.n.15. & 16.* Sutholt. *de jurisd. aphor. 374.* Quod proinde jure pontificio conſtituitur, *c.32.circ. fin. c. P. & G. 40. x. dict. tit. de offic. & poteſt. judic. deleg.* jurisdictionem mandatam haud poſſe prorogari: illud vel cum Bachov. ad Treutl. *vol.1.diſp.3.th.7.lit.E. in verb. an delegato.* non ineleganter ad caſum delegatæ jurisdictionis ſpecialis referri poteſt: neque etiam hoc caſu aliud juris erit in delegato Principis, *per dict. textus.* vel cum Hunn. *dict. tr. de jurisdict. part. 2. qu.8.* concludendum, hoc caſu jus civile juri canonico præferendum eſſe, quia quæſtio hæc eſt civilis & politica, nec conſcientiam concernit, Opperm. *d. diſſert. de jurisd. th. 158. ſub fin.*

XLVI. Diſquiſitionis locum jam ſibi vendicat, utrum in cauſis meri imperii jurisdictio quoque prorogari poſſit? quod affirmandum cum communi Dd. calculo arbitror, dummodò judex prorogatus merum imperium in ſimilibus cauſis criminalibus habeat, *arg. l. 61. in fin. ff. de judic.* à contrario ſenſu ducto: quia non habenti jurisdictionem criminalem, jurisdictio criminalis prorogari nequit, *c.18. extr. de for. comp. l.1. ff. de judic.* Prorogatio enim novam haud confert jurisdictionem, ſed eam, quam quis habet, ampliat & extendit, *arg. l.1. ibiq. gl. & l.3. C. de jurisd.* Marta. *tom.1. ff. noviſſ. tit. jurisd. cap. 31.* Weſenb. *in parat. ff. d. t. de jurisdict. num. 9.* Speckh. *cent.1. qu. jur. 89. n.8.* Berlich. *part. 1. concl. 5. n. 13.* Perez. *in prælect. ad C. tit. de jurisd. n. 17. in fin.* Criminalem autem jurisdictionem prorogabilem eſſe affirmant, Br. *in l.1. ff. de judic. n. 9.* ubi ait, hanc eſſe veritatem: & hanc communem tanquam veriorem ſequitur Gail. *lib.1. de pac. publ. cap.12. n.10.* Cardinal. Tuſch. *tom.6. pract. concluſ. lit. P. concl. 927. n.25.* Vult. (ubi hanc ex communi Dd. ſententiâ obtinuiſſe; & ita in praxi ſervari teſtatur) *ad l. 1. C. ubi de*

criminib.

criminib. agi oport. n.26. & 30. & in l.1. C. de jurisd. n.129. & ſeqq. Decian. *4.tr. crimin. 23. n.2. & ſeqq.* Salicet. *in l. 1. C. de jurisd. n. 10.* P. Theodoric. *diſp. crimin. 3. th.2. lit. B.* Petrej. *theſaur. concl. crimin. concluſ. 22. pag. (mihi) 15.* Sutholt. *de jurisd. aphor. 381.*

XLVII. Quamvis nec deſint, qui præfractè contrarium ſentiant, nimirum quod merum imperium jure civili prorogari nequeat, Bl. (ſibi contrarius) *in d. l. 1. ff. de judic. n. 10. & in l. ſi quis ex conſenſu. 7. n.6. C. de epiſc. aud.* Speculat. *lib. 2. part. 1. tit. de comp. judic. n. 14.* Hippol. de Marſil. *in pract. criminal. §. Expedita. n. 67.* Hillig. *ad Donell. lib. 17. cap. 16. lit. b.* Umm. *diſp. ad proceſſ. 4. theſ. 94.* Beſold. *in delib. tit. 1. c. 3. f. 167* Rumelin. *p. 1. ff. diſp. 1. th. 6. lit. c.* moti his rationibus, quia jurisdictio criminalis non jure Magiſtratus, ſed certâ lege, vel SCto, vel conſtitutione Principis ſpecialiter tribuitur, proindeque alteri mandari haud poteſt, *l. 1. pr. ff. de offic. e i. cui mand. eſt jurisd.* porrò etiam, quoniam cauſæ meri imperii ad jus publicum ſpectant, *arg. l. 4. ff. de publ. judic. l. 11. in fin. C. de accuſat. l. 9. §. 5. ff. de public. & vectigal.* cui litigantes per actum de proroganda jurisdictione derogare non poſſunt, *l. 38. ff. de pact.* Bocer. *de jurisd. cap. 7. n. 23.* ubi hanc rem pluribus illuſtrat.

XLIX. Sed hæ rationes allatæ non infringunt priorem ſententiam, quippe prorogatio hæc jurisdictionis criminalis non ſimpliciter & abſolutè eſt admittenda, ſed quoad privatam actionem & præjudicium ipſorum prorogantium, *l. 29. C. de pact.* non quoad intereſſe publicum, cui partes renunciare non poſſunt, *l. 7. §. 14. ff. d. t. de pact.* Clar. *lib. 5. ſent. §. fin. qu. 42. n. 1. & ſeqq.* Donell. *17. comm. c. 16.* Vaſq. *4. quaeſt. illuſtr. c. 14. n. 30.* Quare ſi criminis alicujus reus in judicio electi judicis fuerit aut abſolutus, aut condemnatus, nihilominus in loco commiſſi delicti accuſari & damnari poterit, Gail. *d. lib. 1. de P. P. c. 12. n. 15.* Felin. *in c. 40. extr. de offic. deleg. num. 9.* Hinc prorogatio jurisdictionis judicis criminalis fieri debet per accuſationem præſentem, ſecus ſi procedatur extraordinario judicio, putà per viam inquiſitionis, ubi prorogationem locum habere cenſent nullum; deficit enim unum ſubſtantiale, videlicet accuſator, ut notat Bl. *in l. 1. ſub fin. ubi de criminib. agi oport. & in l. 1. C. ad L. Cornel. de ſicar. n. 2.* Joan. Maria. & Jacob. de Riminald. *conſil. 471. num. 11.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 5. n. 17. 18. & 19.* Excipiuntur hîc cumprimis

mis

mis cauſæ fractæ pacis, licet enim hæ ſint è conſortio cauſarum criminalium, prorogationi tamen neutiquam obnoxiæ; quia nullum alium habent judicem ordinarium, quàm Cæſarem, vel vice ejus Cameram, Gail. *1. de P.P. 12. n. 13.* Berlich. *jam dict. loc. n. 20. & 21.*

XLIX. Denique prorogatio hæc non aliter valet, quam ſi judex vel Magiſtratus univerſalem, quoad cauſas criminales, habeat jurisdictionem, qualem habuit ad certos uſque limites Præfectus Urbi, *l. 1. ff. de offic. Praef. urb.* ſi verò fuerit particularis, ita ut in certis cauſis criminalibus cognitio alicui tributa ſit, ea ad alias ejusdem generis cauſas, & ad majoris momenti lites extendi vix poteſt: quoniam in cauſis, quæ aliis exercendæ mandari non poſſunt, nec locus eſſe poteſt prorogationi, Vinn. *tr. de jurisd. c. 11. n. 1.* quantumvis ex Interpp. ſententiâ uſu introductâ, & hæc poſſit prorogari jurisdictio. Inde ejusmodi reſultat diſtinctio inter prorogationem factam à ſubditis, & eam, quæ fit ab extraneis, eidem judici haud ſubjectis: priorem rectè fieri in aliis quoque criminibus; poſteriorem ad peregrinos porrigendam non eſſe, cum jurisdictio hæc tàm ratione perſonarum, quàm ratione cauſarum ſpecie diverſarũ, ſit incompetens, adeoque prorogatio meritò locum habere non debeat, Cyn. & alii *in d. l. 1. C. de jurisd.* Bocer. *tr. de jurisdict. cap. 7. n. 44. in fin.*

L. Ex quibus evincitur, quod non ſolùm jure Juſtinianeo in cauſis criminalibus, verùm etiam ex ſententiâ Dd. uſu receptâ, prorogationi huic detur locus, modò ſuperior ordinarius Magiſtratus conſentiat in ipſam prorogationem, Gail *1. de P.P. c. 12. num. 15.* Obrecht. *4. de jurisd. 13. n. 8.* Sed hæc non cauſæ ad cauſam, ſed de perſona ad perſonam prorogatio eſt: quoniam extra cauſas commiſſas nullum planè intelligi poteſt imperium, Bachov. ad Treutl. *vol. 1. disp. 3. th. 7. lit. E.* Vinn. *d. tr. de jurisd. cap. 11. n. 1. in fin.* Itidem mixtum imperium, quod conjunctum eſt cum jurisdictione, eique cohæret & ineſt, *l. 3. ff. de jurisd. l. 1. in fin. ff. de offic. eius, cui mand. est jurisd.* quin prorogari poſſit, extra omnem eſt dubitationem, Schrader. *de feud. part. 10. sect. 3. n. 99.* Hoc enim imperium non certâ lege, ſed jure Magiſtratus competit, *l. 1. pr. ff. d. t. de offic. eius, cui mand. est jurisd.* Steph. *1. de jurisd. 24, n. 5.*

LI. Diverſæ

LI. Diverſæ naturæ & formæ dicuntur eſſe, cauſa civilis & criminalis, cauſa Politica & Eccleſiaſtica. Hinc judex civilium & pecuniariarum cauſarum non poteſt cognoſcere de criminalibus: & vice verſâ, judex criminalium cauſarum non poteſt civilium cauſarum cognitionem in ſe ſuſcipere. Caſtrenſ. *in l. 18. C. de teſtam. n. 2.* Sichard. *in l. 1. C. de jurud. n. 8.* Coſtal. *in l. 61. §. 1. ff. de judic.* Panorm. *in c. 12. n. 14. de for. comp.* Hanneton. *in proceſſ. jur. tit. de prorogat.* Gail. *lib. 1. de P. P. cap. 12. n. 11.* Bachov. *in πρῶτα Rubr. de jurud. prorog. n. 7.* quemadmodum etiam eâ de re ſcripſit JCtus Ulpianus *in l. 61. §. 1. ff. de judic.* latrunculatorem (qui criminalium cauſarum ſive maleficiorum judex) vi prorogationis de re pecuniariâ judicare non poſſe: cauſa enim ut jurisdictioni correſpondeat, neceſſe eſt, inquit Jaſon *in l. 15. n. 4. & 5. ff. de jurud.* Obrecht. *4. de jurisd. 12. n. 10.* Bronchorſt. *ad l. 21. ff. de R. I.* Carol. von Hagen *in Inſtit. Juriſpr. publ. lib. 3. cap. 6. n. 10.* Nec adverſatur *l. 4. §. 4 ff. fin. regund. l. 56. §. 1. ff. de furt.* ubi criminali judici permiſſum de re pecuniariâ & civili cognoſcere. Reſp. hoc fieri incidenter tantùm, ſi res pecuniaria & civilis in criminalem fortè inciderit, ut habet Gothofr. *ad d. l. 61. in fin. ff. de judic.*

LII. Unde quoque in cauſâ Eccleſiaſticâ, ad fidei doctrinam pertinente, haud eſſe idoneum judicem Magiſtratum ſecularem, optimè cum apparatu docet Donell. *Comm. jur. Civ. lib. 17. cap. 10. §. definitur: verſ. quo exemplo.* Bocer. *d. tr. de jurisd. cap. 7. n. 45.* Ita nec Procuratoris Cæſaris jurisdictio, quæ eſt in cauſis civilibus inter privatos & fiſcum, *l. 1. C. de jurisd.* ad cauſam criminalem prorogari poteſt, *l. 1. C. ubi cauſ. fiſcal.* Simili ratione damnorum datorum judex, in cauſis ſanguinis, & graviorem animadverſionem exigentibus, ex partium conſenſu judicare nequit, Angel. *in l. 1. de judic.* Anton. de Matthæis *de prorogat. num. 8.* adducti à Paurmeiſt. *1. de jurisdict. 25. n. 39.* Similiter quoque jurisdictio Domini feudi prorogari non poteſt ad cauſas ſive lites non feudales. Vant. *de nullit. Rubr. ex def. jurisd. ordin. n. 51.* niſi forſan propter bellum, peſtem, vel alium caſum, in loco nullus alius judex reperiatur, vel conſuetudine aliud ſit introductum, Schrader. *de feud. part. 10. ſect. 3. n. 142.*

LIII. Sequitur ut ventilemus, an quoq; in cauſis Eccleſiaſticis prorogationi jurisdictionis locus ſit? In his, ut prorogatio ſub-

 ſiſtat,

ſiſtat, neceſſe eſt, Magiſtratum, cujus jurisdictio prorogatur, eſſe Eccleſiaſticum, *de quibus ſupra in th. 31.* diximus. Poſſe tamen Laicos in cauſis ſpiritualibus jurisdictionem prorogare Eccleſiaſticam, ſi cauſæ illæ non fuerint ſacramentales, memorat ex Joan. Andr. Panormit. *in dict. cap 18. extr. de for. compet.* audi Enucleat. Donell. *lib. 17. cap. 10. lit. Cc.* Steph. *lib. 3. de jurisd. part. 1. cap. 1. n. 16.* Cypr. *de ſponſal. cap. ult. §. fin. n. 9.* Cauſis autem Eccleſiaſticis jure Canon. cauſæ decimarum & cauſæ matrimoniales annumerantur, *c. 26. extr. de decim. c. 1. & tot. tit. extr. de ſponſal. & matrim.* add. Gail. *1. obſ. 38. in pr.* quæ opinio in terris Pontificiæ Religionis extra dubitationem eſt, per *text. d. c. 12. extr. de for. compet.* At in locis, in quibus Auguſtana Religio viget, hæ cauſæ pro ſecularibus habentur, Petr. Frider. Mindan. *lib. 1. de proceſſ. Camer. c. 10. concl. 1. n. 3.* & conſequenter, ut Laicus Magiſtratus has cauſas cognoſcere, ita quoque hujus jurisdictio non requiſito ullo ſuperiore in his cauſis prorogari poteſt. Vult. *ad l. 1. C. de iurisd. n. 132. & ſeq.* Obrecht. *4. de iurisd. 13. n. 6.* Paurmeiſt. *2. de iurisd. 4. n. 151.* vide tamen Dn. Carpzov. *J.C. lib. 2. def. 223. & lib. 3. d. 27.*

LIV. Porrò quæritur, an in cauſa feudali, quæ per ſe etiam feudalis, prorogatio jurisdictionis locum habeat? Et quamvis nonnulli ſimpliciter concedant, eò quod feudalis jurisdictio ordinaria eſt, (Dominus enim feudi ordinariam habet jurisdictionem in re feudali vaſallo conceſſa) *c. Imperialem. §. ult. in fin. 2. feud. 55. tit. 46. feud. 2.* Weſenb. *de feud. cap. 17.* Menoch. *de retin. poſſeſſ. remed. 3. qu. 54. n. 336.* Hiltrop. *in proceſſ. iur. p. 1. tit. 2. n. 65. & ſeqq.* Zanger. *de except. p. 2. c. 1. n. 301. cum ſeqq.* communiter tamen vaſallus ſine conſenſu Domini jurisdictionem judicis incompetentis, vel feudalis, vel allodialis, prorogare non poteſt, Br. *in d. l. 1. de iudic. n. 2.* & Dd. *in d. §. ult. ſub fin. 2. feud. 55.* quoniam prorogatio hæc ad injuriam Domini ſpectaret, cui jus ſuum aufferret, & jurisdictionem à lege & conſuetudine feudali conceſſam inutilem redderet, ut rectè ex Anton. Contio docet Rittershuſ. *2. parat. feud. 9. qu. 2.* Borcholt. *de feud. cap. 10. n. 35.* Curt. Jun. *tr. feud. part. 7. qu. 8. n. 28.* Schrader. *eod. part. 10. ſect. 3. n. 95. & ſeqq.* Paurmeiſt. *1. de juriſdict. 25. n. 42. in med.* Magnif. Dn. Ludvvel. *in ſynopſ. jur. feud. cap. ult. p. 504. & 516.* Perez. *in præl. ad C. tit. de jurisd. n. 16.* Wurmſer. *in obſ. tit. 1. obſ. 14. n. 2.* quod ſi fecerit, nullius eſt præjudicii prorogatio, ſed Dominus eum

in cau-

in cauſâ feudali rectè avocare poterit, Gail. 1. *obſerv.* 40. *n.* 6. Theſ-ſaur. *deciſ.* 262. *n.* 9. Buxtorf. *ad A. B. th.* 94. *lit. a.* Manz. *cent. deciſ. qu.* 97. *n.* 9. Hocuſque adeò verum eſt, ut etiamſi feudum ſit Francum, ſeu liberum vel improprium, jurisdictio tamen in præjudicium ſenioris ampliari & extendi non poſſit, Felin. *in c.* 5. *extr. de judic. n.* 5. & 6. Berlich. *part.* 1. *concl.* 5. *n.* 8.

LV. Controverti autem hîc ſolet, an Procurator Cæſaris, inter privatos, qui in ipſum conſenſerunt, judex ſit competens? Ratio dubitandi primâ fronte *l.* 1. *C. de jurisd.* apparet: quia illius jurisdictio tantùm in cauſis pecuniariis, inter privatum & fiſcum locum obtinere videtur, *l.* 2. *C. ſi advérſ. fiſc. l.* 8. §. 19. *ff. de transact. l.* 9. *pr. ff. de offic. Proconſ.* vide *l.* 23. §. 1. *ff. de appellat.* & *l.* 1. *C. de pedan. judicib.* ubi habetur, quod in lite privatorum jus dandi judicis non habeat: Unde concludendum, non ſolum Procuratorem Cæſaris in lite privatorum eſſe judicem incompetentem, ſed etiam ſententiam ab eo latam nullius eſſe momenti, adeò ut ne quidem ad reſcindendam eam appellatione opus ſit, *l.* 1. & *ult. C ſi à non compet. jud. judicat. eſſe dicat.* Verùm contrarium Imperator Antoninus ſubjicit, ubi hanc limitationem adducit: *ſed cum ipſi eum judicem elegeritis, &c.* hiſce verbis indicare geſtit, quod Procurator Cæſaris non ſit in aliis judex competens, niſi de partium conſenſu ejus jurisdictio prorogetur, Weſ. *ad l.* 1. *C. de jurisd. n.* 1. Etenim litigatores privati in cauſis ſuis privatis decidendis, jurisdictionem Procuratoris Cæſaris ſuo conſenſu prorogare poſſunt; & quidem non immeritò, cùm ille inter certas perſonas judicandi poteſtatem habeat, *dict. l.* 1. *C. de jurisd.* Bocer. *d. tr. de jurisd. cap.* 7. *num.* 5. vid. tamen Brunnem. *ad d. l.* 1. *C. de jurisdict.* ubi hoc pluribus perſequitur.

LVI. Apprimè autem hîc notandum venit, quod licet jure civili prorogationes jurisdictionum conſenſu litigatorum licitè fieri poſſint, earum tamen uſus moribus hodiernis valdè ſit reſtrictus & coanguſtatus, dum jurisdictiones cœperunt eſſe patrimoniales aut feudales, ac ita jure proprio à Statibus Imperii exercentur, *arg. tit.* 1. §. 1. *tit.* 13. & *tit. ſeq. lib.* 1. *feud.* Ferrar. Montan. *tr. feud. c.* 1. *verſ. utiq; ad inſtitutum.* Frantzk. *lib.* 1. *reſol.* 17. *n.* 95. Sutholt. *de jurisd. aph.* 376. Vinn. *eod. tr. c.* 10. *n.* 3. Manz. *cent. deciſ. qu.* 97. *n.* 6. Inde ordinariam jurisdictionem obtinentes, non ſolùm ſubditis ſuis mandatis pœnalibus inhibere, ne citati compareant. Burſat. *conſ.*

397. *in præſenti. n.* 19. Cacheran. *conſil.*78. *n.*12. Mandoſ. *de inhib. qu.* 123. *n.*5. Marcell. Cala *de modo artic. & proband. in pr. n.* 77. Lancellot. *de attentat. part.* 2. *cap.* 20. *n.*9. Sed etiam cauſas in alieno judicio pendentes ad ſe retrahere poſſunt. Br. *in l.* 1. §. 9. *n.* 8. *ff. de oper. nov. nunciat.* Berlich. *part.* 1. *concl.* 5. *n.*31. *in pr.* Ming. *de ſuper. territ. th.* 15. Rümel. *ad A. B. part.* 2. *diſſ.* 1. *th.* 9. ibique Dn. Myler. Dn. Carpzov. *in leg. Reg. Germ. c.* 9. *ſect.* 5. *n.*11. *& ſeqq.* Schnobel. *diſp. ad ff.* 2. *theſ.* 11. Carol. von Hagen *in Inſtit. Iuruſpr. publ. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 10. *ſub fin.* Opperm. *diſſ. de juriſd. th.* 159.

LVII. Enimverò cum plerique Status Imperii certa exemptionum habeant privilegia, ut nemo eorum ſubditos, coram alio tribunali, & præſertim Rotvvilenſi, in jus vocet; ideò ſi vocatus, contra ſui Magiſtratus privilegium, coram alio Magiſtratu comparet, ex tali partis conſenſu alterius jurisdictio in præjudicium ſui Domini non prorogatur, quia hæc prorogatio eſſet contra alterius Magiſtratus privilegium & utilitatem. Ex quo hic Magiſtratus ſubditum ſuum ab alio Magiſtratu avocare, & ſi requiſitioni locum non det, ad judicium Cameræ Imperialis appellare poteſt; Gail. 1. *obſerv.* 40. *n.* 2. *cum ſeqq.* Berlich. *d. part.* 1. *concl.* 5. *n.* 32 *& ſeqq.* Obrecht. 4. *de juriſd.* 14. *n.* 37. & 38. Frantzk. *d. lib.* 1. *reſ.* 17. *n.* 96. *& ſeqq.* Sutholt. *d. diſſert. de juriſd. aph.* 376. Manz. *cent. deciſ. qu.* 97. *num.* 8. Ex his quæſtio illa reſultat, licetne Imperatori cauſas à Camera Imperiali ad aulam ſuam Cæſaream avocare? nullo modo, quia repugnat Ordin. Imp. *part.* 2. *tit.* 35. daß dem Cammergericht ſein ſtarcker Lauff gelaſſen werden ſoll. h. e. quod exercitium jurisdictionis Cameræ impediri non debeat; Gail. 1. *obſ.* 41. *n.* 3 *cum ſeqq.* ubi prægnantes affert rationes.

LVIII. De Reviſorum Cameralium jurisdictione, quid ſentiendum ſit, non ſatis conſtat: quia à quibuſdam ambigitur, an horum jurisdictio ordinaria ſit, an delegata; prius annuit Gail. *d. lib.* 1. *obſ.* 154. *n.* 1. *& obſ. ſeq. n.* 6. poſterius Bender. *in tr. de reviſion. concluſ.* 4. *n.* 31. *cum ſeqq.* Et licet Reviſorum Cameræ jurisdictio ordinaria ſit, quia hanc Imperatoris & omnium Imperii Statuum placito acceperunt, prorogari tamen non poteſt; eò quod nuſquam inveniatur hoc Conſtitutione aliquâ Imperii Romani cautum eſſe. Facit quod Reviſionis remedium extraordinarium ſit. Bender. *d. tr. de reviſ.*

de reviſ.concl.1.n.23. Rebuff. *de ſupplicat.quæſt.11.diff.1.* Autor. *Notarum ad Roding.3. π. Cameral.tit.61. in pr.* propterea natura ſua extenſionem non admittit, ſed intra terminos, quibus definitum, coercetur, niſi aliud nominatim jure ſit proditum. Vult. *in d.l.1.C. de juriſd. n.97.* tum etiam, quia Reviſores à Statibus Imperii ad hoc ſolùm mittuntur, ut Reviſionum duntaxat cauſis, in ſententiis in Camera datis, operam dent, ut arguit Ordin. Cam. Imper. *part.1.tit.50.* & *part.3.tit.53.* confer Dn Lymn. *9. Iur.pub.cap.2.n.218.* & *cap.5.n.59.*

LIX. Sic nec Judicum Auſtregarum juriſdictio prorogari poſſe videtur, cum & ipſa certis limitibus circumſcripta ſit, & in certis tantum cauſis locum habeat, juxta d. Ordin. Cam. *p.2. tit.3. cum ſeqq.* Dn. Lymn. *dict. lib.9.cap.5.n.56.* & *ſeqq.* adde Rumelin. *ad A B.part.2.diſſ.1.th.ult.in Coroll.* ibiq; Dn. Myler. *in addit.* Hinc conſequens eſt, ut & Commiſſariorum, vigore Ordin. Cam. *part.2. tit. 4. §.* zum vierdten. *junct. præced.* §. und nach dem ſich die Prälaten &c. impetratorum ab Imperatore, juriſdictio prorogari non poſſit, quia delegata eſt, Mynſing. *cent.2.obſ.52.* & Gail. *dict. lib.1. obſ.33. n. 3.* & *obſerv.35.* Caſp. Leipold. *de concurr. juriſd. Diſc.13.quæſt.15.* apud Arum. *tom.1. de I. E. pag.* 294. & quidem ad certas tantum cauſas reſtricta. Obrecht. *4. de juriſd.12. ſub fin.* Nec impedit, quòd juriſdictio Procuratoris Cæſaris, licet pertineat ſolum ad fiſci cauſam, quæ eſt inter privatos & fiſcum, prorogari tamen poteſt ad alias cauſas. *d. l. 1. C. de juriſd.* R. diſtinguendum eſt inter juriſdictionem, quæ ſpectat ad ſpeciem aliquam cauſarum: & eam, quæ eſt unius tantum cauſæ, vel plurium quidem, numero tamen definitarum, ut hæc prorogari non poſſit. *arg. d. l. 16. ff. de acquir. rer. domin.* Bocer. *dict. tr. de juriſdict. cap.7. num.25.* & *ſeqq.* Vinn. *tract. de juriſd. cap.10. num.6. ſub.fin.*

LX. Ad prorogationis formam & modum non tantum conſenſus litigantium, ſed etiam Judicis electi aditio neceſſaria eſt, teſte Afric. *in d.l.18. ff. de juriſd.* Perez. *in præl. ad C. tit. de juriſd. num.17.* Opperm. *diſſert. de juriſd. th.162.* Unde non eſt audiendus Coraſ. *4. Miſc. cap.5.* qui ſufficere exiſtimat conſenſum litigatorum, nec opus eſſe Judicis aditione ad hoc, ut litigatores compellantur ambo conventioni ſuæ ſtare: tum quia huic opinioni expreſsè *d. l. 18.* contradicit, tum quia Ulp. idem cum Afric. ſentit *in d.l.1. ff. de judic.*

ſi ſe

ſi ſe ſubiiciant aliqui juriſdictioni, & conſentiant &c. eo ipſo aditionem Judicis includit, in quem partes conſenſerunt. Cuiac. *tr. ad Afr. 7. in explic. d. l. 18. ff. de juriſd.* cum nemo ſe juriſdictioni cum effectu ſubiicere videatur, niſi qui Judicem adierit. Vult. *in d. l. 1. C. de Iuriſd. n.* 148.

LXI. Quando verò Judex incongruus vel Magiſtratus à litigatoribus aditus dicatur, non ſatis inter Interpp. convenit. Dd. quidem cõmuniter ad hoc litis conteſtationem deſiderant. *arg. l. 22. §. 5. ff. ſolut. matrim. d. l. 33. ff. de judic. & l. 4. C. de juriſd.* Azo *in l. 1. verb. conſentientibus C de juriſd.* Accurſ. *in d. l.* 18. & ibi Cuiac. nec non Fulgoſ. *n. 6.* & Zaſ. *n. 3. ff. d. t. de juriſd* Donel. 17. *Comm. Iur. Civ.* 10. *§. prima conditio eſt.* Steph. 1. *de Iuriſd 25. n.* 17. Carol. von Hagen *in Inſtit. Iuriſpr. publ. lib. 3. c. 6. n.* 10. Sed fruſtra, quod ſatis exactè declarat Bachov. *ad Tr. Vol. 1. Diſp. 3 th. ult. lit H.* Vinn. *d. tr. de juriſd. c. 11. n. 6.* Alii putant, per quemlibet actum in judicio à litigatoribus geſtum, etiam ante litis conteſtationem juriſdictionis prorogationem introduci, ut puta per libelli oblationem, ut & ſatiſdationem. Irner. *in gl. l. 1 C. de juriſd.* Guilh. de Cuneo *in d. l. 18. & 15. ff. de juriſd.* & ibid. Riminald. *n.* 11. Coraſ. *d. lib. 4 Miſcell. 5. n. 4.* Eguinar. Baro. *ad τὰ πρῶτα ff. in l. 18. de juriſd.* Paul. de Caſtr. *ad d. l. 1. C. de juriſd. n. 5.* Rutger. Ruland. (ubi quædam præjudicia Cameralia affert) *in addit. ad proceſs. Ioh. Ferrarienſ. Montan. part. 2. lib. 1. cap. ult.* Bachov. *Rubr. de juriſd. prorog. num.* 12. Berlich. *part. 1. concl 5. n. 27.* Hoen. *Diſp. 1. th. ult. l. K.*

LXII. Alii diſtinguunt inter juriſdictionis prorogationem revocabilem & irrevocabilem. Illa fit per quemlibet actum in judicio factum, quæ ante litem conteſtatam ſemper revocari poteſt; hæc verò demum per litis conteſtationem. Bl. *in d. l. 1. num.* 4. & ibid. Sichard. *n. 7. C. de juriſd.* Obrecht. *4. de juriſd. 11. n. 45.* Omiſsâ hâc diſtinctione, variæ Dd. opiniones ita componi poſſe videntur, ut videlicet in expreſſa quidem prorogatione, quæ fit vel per pactum expreſſum, vel per ſtipulationem, juxta *th. 19.* ſimplex ſufficiat Judicis aditio, quæ per libelli oblationem, aut ſatiſdationem explicatur *d. l. 18. ff. de juriſd.* Frantzk. *in Comm. π. tit. de juriſd. n. 47. & 48.* Dn. Strauch. *Diſſ. 20. aphor. 5.* in qua JCtus Afric. tantum conventionis & aditionis Judicis meminit, nec litis conteſtationis, quæ inter ſe longè differunt: & quia, ſi voluiſſet tum demum Judicem aditum intelligi, ſi lis eſſet conteſtata, potius

potius litis conteſtationis, quàm aditionis judicis mentionem feciſſet. At in tacitâ jurisdictionis prorogatione, quæ re ipsâ & facto perficitur ſecundum *th.* 24. litis conteſtationem, ut judex cenſeatur aditus, omninò neceſſariam arbitror; cum ante eam pœnitere liceat, quamvis libellus ſit oblatus, ſatisdatio præſtita, exceptio dilatoria oppoſita, *d. l.* 4. *C. de jurisd. & l.* 30. *ff. de judic.* Bt. *in d. l.* 18. *ff. de jurisd. n.* 2. Salicet. *in d. l.* 1. *C. de jurisd. n* 4. Marant. *de ord. judic. part.* 4. *diſt.* 12. *n.* 11. *verſ. Non tamen cenſetur &c.* Michael de Luna *de rat. Imper. l.* 2. *c.* 10. *n.* 28. Paurmeiſt. 1. *de jurisd.* 25. *n.* 17. Enucl. Donell. *lib.* 17. *cap.* 10. *lit. H.* Hoen. *d. diſp.* 1. *th.* 2. *lit. f.* Bocer. *d. cap.* 7. *de jurisd. n.* 4. *&* 39. Dn. Struv. *vol.* 1. *ſyntagm. Iurispr. exerc.* 4. *th.* 58. Sutholt. *de jurisd. aph.* 379. Schnobel. *diſp. ad ff.* 2. *th.* 11.

LXIII. Inſuper probè tenendum, prorogationem præſupponere jurisdictionem, adeoque in eum, qui nulli præeſt judicio, non poſſe fieri prorogationem, *l.* 1. *ff. de judic. l.* 5. *ff. de precar.* Jaſon. *in l.* 15. *n.* 1. & Zaſ. *ibid. n.* 5. *ff. de jurisd.* nec privatorum conſenſum tribuere jurisdictionem, *per l.* 3. *C. d. t. de jurisd. l. pen. ff. de judic. l.* 12. §. 1. *ff. eod.* quippe quæ juris publici eſt, quod privatorum pactis conſtitui mutarique nequit, *l.* 38. *ff. de pact. l.* 27. *& l.* 45. §. 1. *ff. de R. I.* Weſenb. *in parat. ff. de jurisd. n.* 9. Frantzk. *in comm. ff. tit. eod. n.* 43. Carol. von Hagen *in Inſtit. Iurispr. publ. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 10. Brunnem. *ad d. l.* 3. *C. de jurisd.* interim tamen poſſunt privati jurisdictionem alicui publicè datam prorogare, ſive ex legis permiſſione eum competentem judicem facere, qui alias competens non erat, adeò ut & ſententia ab eo lata rei judicatæ authoritatem obtineat, *l.* 1. *C. de jurisd. l.* 18. *ff. eod.* Vult. *lib.* 1. *Iurispr. Rom. cap.* 14. *in fin.* Anton. Perez. *in prælect. ad C. tit. de jurisd. n.* 15. *& tit. de ſentent. & interloc. judic. n.* 4. Zœſ. *in comm. ff. de jurisd. n.* 30. Dn. Struv. *vol.* 1. *ſyntagm. Iurispr. exerc.* 4. *th.* 58.

LXIV. Et quamvis ita effectivè conſenſu privatorum quodammodò judici incompetenti tribuatur jurisdictio, nihilominus hoc ipſis indultum eſt extra ordinem litium finiendarum causâ, *l.* 21. *in fin. ff. de reb. credit. l.* 1. §. 10. *ff. de oper. nov. nunciat.* hinc cum privatis licitum fuerit compromittere in arbitrum, *l.* 1. *l.* 9. *pr. ff. de recept. qui arbitr. recep.* quidni jurisdictionem Magiſtratus prorogare, præſertim apud Romanos, qui communi jurisdictioni in latiſſimo

ſuo Imperio unique capiti erant ſubjecti? Bachov. *in* πρώτῃ *Rubr. de prorog. jurisd. n.1. ſub fin.* Dn. Hahn. *in not. ad parat. Wiſenb. tit. de jurisd. n.9. in verb. conſentire.* Nobiliſſ. Dn. Cregel. *in prælect. public. ad Braudl. lib.3. cap.6. §.19.* Manz. *cent. deciſ. qu.* 97. *n.*13. Brunnem. *ad d. l.3. C. de jurisd.* Per hanc autem prorogationem conceſſam non poteſt quis ſe ſubducere omnimodò jurisdictioni ſui ordinarii, & alium recognoſcere, Bl. *in l. 2. n.4. C. de oper. libert. per l.8. ff. de aqu. & & aqu. pluv. arcend. l.* 1. §. 12. *ff. ſi quid in fraud. Patr. fact.* Paul. Chriſtin. *vol.2. deciſ.* 160. *num.* 4. Wiſſenb. *diſp. ad ff.* 16. *th.* 7. Unde nec prorogatio in præjudicium ordinarii judicis ac Magiſtratus facta valet. Marta. *tom.1. ff. noviſſ. tit. jurisd. cap.* 37. Weſenb. *ad l.1. C. de jurisd. n.3.* Schvvanman. *obſerv. Camer.* 1. *n.* 12. Perez. *in prælect. ad C. tit. de jurisd. n.*17. quod etiam exemplis quibusdam illuſtrat Sithman. *in Nucl. ff. dict. tit. de jurisd.*

LXV. Prorogatæ jurisdictionis primus effectus eſt, ut tantum juris judex electus in conſentientes habeat, quantum haberet, ſi jure ordinario ad tribunal ejus pertinerent. Etenim ipſa jurisdictionis prorogatio eſſe debet ejusdem conditionis & naturæ, cujus eſt jurisdictio ordinaria, ut tradunt Dd. quos enumerat Schrader. *dict. tr. feud. part.* 10. *ſect.3. n.*114. *& ſeq.* Rumel. *ad A. B. part. 2. diſſ.1. Cor.5.* ubi Dn. Myler. *lit. b.* Si ergò delegata ſit jurisdictio, quæ prorogata eſt, eaque revocata per delegantem, revocata erit & prorogatio. Hinc ſequitur, ſi illius judicis jurisdictio eſt prorogata, à quo appellari non potuit, etiam in cauſa prorogata appellatio non eſt admittenda, *per text. & gloſſ. in l.8. C. de epiſc. audient.* conſul. Sichard. *in d.l. 1. C. de jurisdict. n. ult.* qui uberius de his tractat. Obrecht. 4. *de jurisd.* 15. *n.5. & 6.* Vaſq. 2. *controv. uſ. freq.* 14. *n.* 25. Secundus effectus eſt, judicem ejuſmodi omnia peragere poſſe, quæ ad explicationem judicii in cauſis & perſonis, in quibus ejus jurisdictio prorogata eſt, requiruntur. Sententiam tamen à ſe latam exequi haud poteſt, ſed executio ordinario relinquenda. Gl. *in l.2. ff. ſi quis in jus vocat. non ier. l.* 12. §.1. *ff. de reb. auctor. judic. poſſid.* Specul. *tit. de execut. ſent.* §. *fin. num.3. verſ.* 6. Mynſ. *conſ.* 25. *num.* 27. Dn. Strauch. *in diſſert.* 20. *aphor.* 5. niſi condemnatus bona habeat ſita in territorio judicis prorogati, Br. *ad l. 2. in 1. lect. ff. ſi quis in jus voc. non obtemp.*

LXVI.

LXVI. Ex præcedentibus pateſcit, duo ad jurisdictionis prorogationem requiri: Primò ut ſit Magiſtratus, qui jurisdictioni vel judicio alicui præeſt, juxta *th.62*. Deinde ut privati litigantes conſentiant, *d. l.1. C. de jurisd.* h. e. certò ſciant, incompetentem aliàs hunc judicem eſſe. Nam ſi per errorem alius pro alio Prætor fuerit aditus, nihil valebit, quod actum eſt, cum non conſentiant, qui errent: quid enim tam contrarium conſenſui eſt, quàm error, qui imperitiam detegit? *l. 15. ff. de jurisd. l. 2. pr. ff. de judic.* Marta *tom.1. ff. noviſſ. tit. prorogatio. c.1. & 8.* Hœn. *diſp.1. th.2. lit. f.* Bocer. *in claſſ. 5. diſp.10. th. 75.* Paul. Chriſtin. *vol. 2. deciſ. 160. num. 4.* Perez. *in prælect. ad C. tit. de jurisd. n.17.* Nec refert hoc in loco, an quis erret in jure, an in facto, cùm utrumque excludat conſenſum & omnem voluntatem, *l. 20. ff. de aqu. & aqu. pluv. arcend. l. 9. C. de jur. & fact. ignor.* Gothofr. *ad pr. d. l. 2. ff. de judic. lit. i.* Govean. *ad l. 15. ff. de jurisd.* Eguinar. Baro *ad τὰ πρῶτα ff. dict. leg. & tit.* Matth. Steph. *1. de jurisd. 25. n. 22. & ſeqq.* Diſſ. Paurmeiſt. *lib.1. de jurisd. cap. 25. n.7. verſ. Ex quibus etſi priores &c.* Hæc quæ de errante diximus, etiam in dubitante procedunt, quia dubitans erranti ſimilis eſt, *l. fin. §.2. C. de furt. l.15. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Br. & Bl. *in l. ult. C. de condict. indeb.* adeoque cum dubitans reverà neſciat, jurisdictionem non prorogat, arg. eorum quæ tradit Ampliſſ. Dn. D. Deckherr. *in Analyſ. l.37. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. th. 267. & ſeqq.*

LXVII. Idem aſſerendum, ſi qui fortè vi coacti in judicem incompetentem conſentiunt, v. c. ſi judex litigantem de fori incompetentiâ excipientem, ac ad forum competens provocantem, litem apud ſe conteſtandam vi adhibitâ compulerit, tunc nulla erit jurisdictio, *d. l.2. in fin. pr. ff. de judic.* & *l.18. ff. de jurisd.* Etſi enim coacta voluntas pro voluntate habeatur, *l. 21. §. ult. ff. quod met. cauſ. l. 11. ff. ad SC. Trebell. l.22. ff. de R. N.* non tamen ex hac voluntate plenus oritur conſenſus, *d. l.2. in fin. pr. ff. de judic.* vid. Everh. Bronchorſt. *ad l. 4. ff. de Regul. Iur. ibi: contra hanc Regulam &c.* quia nihil tam conſenſui contrarium eſt, quàm vis, quæ neceſſitatem affert voluntati contrariam, *l. 116. pr. ff. de R. I. & l. 1. ff. d. t. quod met. cauſ.* Cothman. *conſ. 1. n.120. & ſeqq.* Paurmeiſt. *1. de jurisd. 25. num. 10. & 11.* Gœdd. *de contrah. ſtipul. cap. 3. n. 102.* Magnif. Dn. Ludvvel. *in comm. ad §.1. I. de except.* Sutholt. *diſſert. de jurisd. aph. 375.* Vinn. *tr. de jurisd. c. 11. n.9.*

 LXIIX.

LXIIX. Finitur autem juriſdictio hæc prorogata contrariâ conventione, *d.l.18.ff. de jurıſd.* avocatione, ſi juriſdictio in Ordinarii præjudicium ſit prorogata. Obrecht. *ſæp.dict.tr.c.ult.n.fin.* lite finitâ, vel judice recuſato, & aliis modis, Schotan. *Exam.jurid.part.1.* & Sithman. *in Nucl.ff. tit.de juriſd.* ſive ea propria fuerit, ſive mandata, *l.6.ff.d.t.d juriſd.l.3.C.eod.l.1.ff.d judic.* Steph. *d. lib.1.de juriſd. cap.39.n.41.& ſeqq.* Vinn. *d.tract.de juriſd.cap.12.in pr.*

LXIX. Coronidis loco, ne pagellæ vacent, unicā adhuc quæſtionem *th.56.* in ſpecie quodammodò jam pertractatam in genere hîc ſubnectere lubet: An etiam Prorogationi Juriſdictionis aliquis noſtrâ ætate ſit locus? Video enim & hîc JCtos cumprimis recentiores, eosque magni nominis, inter ſe ſerram contentionis acriter reciprocare. Nam ab eo tempore, quo juriſdictio patrimonialis aut feudalis quaſi facta eſt, non una omnibus hâc in parte fuit ſententia: aliqui negativam fovent ſententiam; alii non ſimpliciter quidem ſublatam juriſdictionis prorogationem autumant, illius tamen uſum moribus hodiernis valdè coangustatum arbitrantur; quidam ſupereſſe ejus uſum, modò uterque judex ſub uno Principe degat, ſtatuunt, nonnulli, licet diverſis Principibus ſubſint, haud aliam agnoſcunt limitationem, quàm eam, quæ fit per privilegia, ut vocant, exemptionum.

LXX. Negantes vide apud Caſp. Manz. *cent. deciſ. quæſt.97. num.6.* Non ſublatam ſimpliciter, ſed reſtrictam aliquatenus exiſtimant Tob. Paurmeiſt. *d.lib.1.de juriſd. cap.25 n.43.* Matth. Steph. *d.lib.1.de juriſd c.25.n.50.* Henric. Bocer. *d.tr.de juriſd.cap.7.n.49.* & alii complures. Supereſſe autem, regulariter, poſt Bartolum, Immolam, Curtium, Baldum, Romanum, Paulum Caſtrenſem, Schraderum, putat Manz. *dict.cent.deciſ.qu.97.n.11 & ult.* ubi ſe ita cenſuiſſe 12 Decembr. 1657. in facti ſpecie oblatâ refert. Tandem inter ſubditos diverſis Principibus ſubjectos juris eſſe hodieq; defendit Berlich. *part.1.concl.5.num.31.verſ. his & ſimilibus &c.* ubi & ann. 1615. in cauſa H. und H. von B. contra H. L. von H. in facto ſe obtinuiſſe teſtatur.

LXXI. Quæ Berlichii ſententia abſolutè accepta, ac non accedente conſenſu Principis alterius, cujus ſubditus conſentit in proro-

prorogationem, pluribus veritati vix videtur conſona. Confirmatur quidem illa his argumentis, quia uniuscujusque judicis jurisdictio, etiamſi ſit propria, potuit jure civili prorogari, quare nihil obſtat, quin etiam poſſit prorogari jure conſuetudinario, *l. 4. §. 6. l. 7. §. 2. l. 13. ff. de offic. proconſ. l. 4. verſ. cum propriam juriſdictionem. ff. de offic. ejus, cui mand. eſt jurisdict.* Ad quæ reſpondent, dicendo videlic. ambiguitatem latere in vocabulo **propria**; proprium ibi non idem eſt quod patrimoniale, quomodo illud accipiunt diſſentientes; quippe jurisdictiones Proconſulum non erant patrimoniales; unde opponitur & contradiſtinguitur hoc tantummodò jurisdictioni delegatæ. Porrò inſtat, prorogationem jurisdictionis non in eo conſiſtere, quod jurisdictio ſit in unius Principis vel Reip. patrimonio, ſed potius in eo, quod alius judex, cujus jurisdictio prorogatur, in alia cauſa habeat ſimilem jurisdictionem, ad quod regerunt eſſe petitionem principii, & probandum Berlichio, quod præſupponit non probatum: reliquis ſatisfacit Frantzk. *lib. 1. reſol. 17 num. 97. 98. & ſeqq.*

LXXII. Altera Manzii & ipſa non videtur ita ſimpliciter admittenda. Ut enim ſponte largimur, poſſe judice, de cujus intereſſe agitur, conſentiente, ſubditum compromittere in alterum judicem ſub eodem Principe degentem, idque etiam facilè introduci lege provinciali, quale quid fortaſſis quibusdam in locis nunc introductum, tametſi ipſe Magiſtratus Provinciæ non jure proprio, ſed curatorio habeat jurisdictionem: ita minimè concedimus, patrimonialem vel jure feudi acquiſitam jurisdictionem citra conſenſum Principum prorogari, & rectè, ſecundum vulgatam Juris Regulam: quà id, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt, *l. 11. ff. de R. I.* Neque juris ratio ſolùm hâc in parte, ſed uſus quoque & conſuetudo pro nobis pugnant, quod de Gallia memorant Paurmeiſt. *dict. lib. 1. de jurisd. cap. 25. n. ult.* Eguinar. Baro *ad τὰ πρῶτα ff. tit. de jurisd. circ. fin.* de Germania Gail. *1. obſerv. 40. n. 2. 3. & 4.* Steph. *dict. lib. 1. de jurisd. cap. 25. n. 52.* & hoc ubiq; ferè ita ſervari conſtat. Schwvanm. *obſerv. Camer. 1. n. 13. & 14.*

LXXIII. In his verò, qui limitant prorogationem, itidem nonnulla deſideramus. Tale eſt illud Paurmeiſteri *jam dict. loc.* qui in jurisdictione mandata perhibet locum eſſe prorogationi,

 quod

icoó.

quod è diametro adverſari videtur *c. 32. & 40. extr. de offic. & poteſt. judic. deleg.* de quibus paulò uberius dixi *in th.* 45. Poſtremò illi, qui omninò nullum contendunt eſſe relictum veſtigium prorogationis, haud ſunt imitandi.

LXXIV. Hiſce ſtudioſè meditatis colligimus, ſupereſſe hodie magnum uſum prorogationis; ac primò omnibus in cauſis, quibus jure veteri prorogatio permiſſa; fieri autem hanc alio modo, i.e. non ſemper ſolo conſenſu ſubditi, ut obtinet jure civili, *l.* 18. *ff. de jurisd.* ſed ſi jurisdictio patrimonialis ſit, præter litigantis etiam Domini vel Superioris requiri conſenſum, atque ita in Camera Imperiali hujusmodi prorogationem prout validam ſæpius pronunciatam aſſerit Nobiliſſ. Dn. D. Mauritius *exerc.* 2. *de princip. jur. publ. coroll.* 2. Deinde in cauſis, ubi Magiſtratus uterque ſub uno vivit Principe, nec jurisdictionem habet patrimonialem, ſecundum leges Juſtinianeas adhuc noſtro tempore prorogatio fit conſenſu ſubditi jurisdictionem prorogantis. Vinn. *tr. de jurisd. cap.* 10. *n.* 2. Dn. Strauch. *diſſert.* 20. *aphor.* 5. Denique ſpecialibus locorum ſtatutis ac conſuetudine inveteratâ receptum, ut prorogari poſſit ſolius ſubditi conſenſu, quamvis non accedat expreſſus judicis vel Magiſtratus, quod de Saxonia teſtatur Carpzov. *in leg. Reg. Germ. cap.* 9. *ſect.* 5. *n.* 19.

LXXV. Quare ita concludimus, vel Magiſtratus, de quorum ſubditis quæritur, non habent jurisdictionem patrimonialem, & nihil differt noſtris moribus prorogatio ab antiquâ, ne ratione modi quidem: vel patrimonialem, ita ut Principes aliiq; Status Imperij expreſsè vel etiam ſcientes tacendo in ipſam conſentiant prorogationem, Paurmeiſt. *d. lib.* 1. *de jurisd. c.* 25. *n.* 43. Georg. Obrecht. *d. lib.* 4. *eod. tr. c.* 14. *n.* 36. Frantzk. *d. reſol.* 17. *n.* 103. Sutholt. *d. diſſert. de jurisd. aphor.* 376. & hâc ratione modi variant: vel conſuetudine aut ſtatuto inductum, ut ſolus ſubditus jurisdictionem poſſit prorogare, quod & legibus antiquis obtinet. Atq; hîc terminalia ſunto. Deo Ter Optimo Maximo ſit laus & gloria in æternum.

Cum Tua ſe virtus ſatis exſerat hocce labore,
Ne Te deſtituant præmia digna, precor.

Joh. Gravius U. J. D. & Canonici
in Academia Tubing. Prof.

FINIS.

BIBLIOTECA ... ROMA ... VITTORIO E...